This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

6000710311

DE CODICUM ANTIQUORUM

IN QUIBUS

PLINI NATURALIS HISTORIA

AD NOSTRA TEMPORA PROPAGATA EST

FATIS FIDE ATQUE AUCTORITATE.

COMMENTATIO PHILOLOGICA

DE SENTENTIA

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE

PRIDIE NON. IUN. A. MDCCCLIX

PRAEMIO REGIO ORNATA

QUAM SCRIPSIT

ALBERTUS FELS

SEMINARII PHILOLOGORUM GOTTINGENSIS SODALIS.

GOTTINGAE MDCCCLXI.

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.

(GUIL. FR. KAESTNER.)

296. h. 8.

Judicium amplissimi ordinis:

Zur Lösung der von der philosophischen Facultät gestellten philologischen, des Plinius Naturgeschichte betreffenden, Preisaufgabe ist eine Arbeit eingegangen, bezeichnet mit dem Motto: *εἴσομαι αἴ κε τύχωμι*. Die in einfacher, sachgemässer Sprache, die nur ab und an der Nachhülfe bedarf, geschriebene Abhandlung hätte, um der Aufgabe völlig zu entsprechen, erstens die Frage, ob Plinius selbst sein Werk vollständig herausgegeben, ferner die, wie der Text der Naturgeschichte bei den ältesten Benutzern derselben, als Gellius, Solinus, Isidor, dem Scholiasten des Germanicus u. s. w., erscheine, nicht ganz übersehen dürfen: zweitens hätte der Verfasser den Abschnitt über die ältern Recensionen des Werkes — c. 1, §. 17 — sorgfältiger arbeiten, ferner die orthographica weiter ausführen und schlagendere Beispiele wählen, endlich seine eignen Textesänderungen wenigstens ab und an genauer begründen müssen. Da aber die Facultät der Ansicht ist, dass der Verfasser diesen Mängeln werde in genügender Weise abhelfen können, indem derselbe in der vorliegenden Arbeit eine überraschend genaue Kenntniss des in vieler Beziehung so schwierigen Werks des Plinius dargelegt, ferner einen ausserordentlichen Fleiss im Sammeln des Materials so wie grosse Gewandtheit in Sichtung und Behandlung des Gesammelten, auch überall Selbstständigkeit des Urtheils und consequente Anwendung tüchtiger Methode, endlich eine erfreuliche Bekanntschaft mit der lateinischen Literatur im Ganzen und ihrer Behandlung in neuerer Zeit bewiesen hat — so hat sie keinen Anstand nehmen können, dieser Arbeit den Preis zuzuerkennen.

ERNESTO LUDOVICO DE LEUTSCH

PRAECEPTORI

CARISSIMO BENEVOLENTISSIMO

D. D. D.

DISCIPULUS PIENTISSIMUS.

PRAEFATIO.

Libellus hic iam ante biennium praemio regio, cum iudicio ex academica lege in aversa tituli parte posito, coronatus nunc demum in publicum editur, quod officium corrigendi et emendandi nonnullas partes ab ordine philosophorum amplissimo mihi iniunctum multum tempus absumpsit, haud raro fructu minime congruente, quemadmodum solus Isidorus et antiquae editiones plures menses hauserunt, qui nihil aliud docuerunt quam exiguum usum ad Plinium inde repeti posse. Interim Detlefsenius, vir de Plinio optime meritus, epilegomena ad Silligi editionem scripsit, quae adhuc legere nolui, ne fortasse opus quodammodo obsignatum resignare cogerer. sed ipse ego mox, postquam epilegomena legero, quae inter illa et meas disquisitiones ratio intercedat, alio loco exponam, etiam alia propositurus quae de Plinio mihi dicenda restant ab hoc opusculo per academicas leges chartae parci iubentes exclusa.

Scribebam Seeseni mense Septembri a. 1861.

CONSPECTUS.

Caput I. MRT acd DΘ.

§. 1. Historia cod. M. . . . . pag. 2
§. 2. De fide atque auctoritate M in orthographia. . . . . „ 3
§. 3. De fide atque auctoritate M in lacunis explendis conspicua. . „ 10
§. 4. De fide atque auctoritate M in lectionibus exhibitis. . . . . „ 10
§. 5. De interpolationibus codicum RΘTacd. . . . . „ 15
§. 6. De erroribus codicis M. . . . . „ 18
§ 7. De cohaerentia codicum RacdTΘD. . . . . „ 31
§. 8. De fide atque auctoritate codicum Rd. . . . . „ 31
§. 9. De fide atque auctoritate codicum ad. . . . . „ 33
§. 10. De codice Parisino c. . . . . „ 36
§. 11. De codice Toletano (T). . . . . „ 38
§. 12. De codice Vaticano D. . . . . „ 39
§. 13. De Codice Θ. . . . . „ 40
§. 14. De codice R in libris XII. XIII. . . . . „ 42
§. 15. De cohaerentia codicum MRadcTDΘ. . . . . „ 46
§. 16. De antiquis recensionibus et emendationibus.
I. De archetyporum recensionibus.
1. A. . . . . „ 51
2. M. . . . . „ 52
3. R libris XII. XIII. . . . . „ 53
4. RΘTacd. . . . . „ 56
II. De secundis manibus.
1. M^2. . . . . „ 57
2. R^2. . . . . „ 58
3. a^2. . . . . „ 60
4. d^2. . . . . „ 61

Caput II. A — RadΘT.

§. 17. A. . . . . „ 62
§. 18. De cohaerentia Ra. . . . . „ 66
§. 19. De codice d. . . . . „ 68
§. 20. De cohaerentia ARad. . . . . „ 70
§. 21. De secundis manibus Rad. . . . . „ 72
1. R^2a^2. . . . . „ 73
2. d^2. . . . . „ 76

Caput III. De codicibus BVRad.
§. 22. De historia et orthographia codicis B. . . . . pag. 76
§. 23. De fide atque auctoritate BVRd. . . . . „ 91
§. 24. De cohaerentia VRda. . . . . „ 95
§. 25. De recensionibus, B libro XXXVII. et secundis manibus.
1. De recensionibus. . . . . „ 98
2. B libro XXXVII . . . . . „ 100
3. B^2. . . . . „ 102
4. VRd. . . . . „ 104
Caput IV. De excerptis quisbusdam antiquis.
§. 26. De Pseudo-Appuleio (*Π*) . . . . . „ 105
§. 27. De scholiasta Germanici. . . . . „ 107
§. 28. Stemma codicum cum primariis de constituendo textu Pliniano observationibus . . . . . „ 108

De siglis quibus usus sum haec notanda sunt:

Codices iisdem notis designavi, quibus Sillig., quem vid. Plin. vol. II init. Recessi ab eo in his:

M significat codicem rescriptum Monei.
Π „ Pseudo-Appuleium.

Praeterea
S „ editionem Silligi
Sv „ lectionem a Silligio non nominatim adlatis codicibus exhibitam.
Sill. „ commentarium Silligi.
J „ editionem Jani.
Jv „ lectionem a Silligio discrepantem, sed in discrepantia scripturae non enumeratam.
U „ Urlichsii chrestomathiam Plinianam.

In adlatis lectionibus eum morem servavi, ut nomina editorum temporis ordine quo quisque eas volgaverat, adscriberem. Qua in re notandum est, Urlichsii chrestomathiam Plinianam a. 1857 quidem editam, sed in eius usum ex Jani editione libros XII—XV tantum conversos esse (vid. Urlichs. Jahn. ann. 77, 486), quamquam Janus ll. I—VI iam 1854, ll. VII—XV 1856, ll. XVI—XXII 1857 in publicum ediderat Contra Jano Urlichsii chrestomathiam inde a l. XXVII demum praesto fuisse (vid. Jan. praef. vol. IV).

Etsi alia testimonia deessent, quomodo Plini naturalis historia ab aequalibus eius accepta sit, iam tota studiorum illius aevi ratio qua doctrinam in artum contractam maxime expetebant, satis doceret, eam admodum placuisse. Sed adsunt, qui testimoniorum vicem explent, Tacitus (Plin. epp. 6, 16) de vita Plini libris suis aliquid inserere cupiens, Suetonius, ex cuius dilaceratis verbis etiam nunc Plini admiratio relucet. Diserte etiam Gellius (N. A. IX, 4) adfirmat, Plinium, ut ipsis illius verbis utar, in temporibus aetatis suae ingenii dignitatisque gratia auctoritate magna praeditum fuisse. Idem (ib IX, 19) Plinius Secundus, inquit, existimatus est esse aetatis suae doctissimus. Hinc non mirum est, quod etiam secutis saeculis Plinianum opus multos lectores invenit. Et usi sunt eo Gellius (cf. inprimis N. A. 9, 4 = Plin. 7, 1) Serenus Sammonicus (vid. Sill. ad Plin. 32, 35. Macrob. Sat. 3, 16, 6), Solinus, Macrobius, Servius, Martianus Capella alii, adeoque crevit medio aevo Plini auctoritas, ut pro summo omnium rerum arbitro haberetur scriptoresque haud raro fictas res illius testimonio fulcire studerent (vid. Sillig. in diariis scholast. 1833 nr. 52 sq. et in Plin. vol. I. praef. p. XLV). Ex hoc multiplici naturalis historiae usu facile ingens numerus codicum explicatur qui ad nos pervenerunt. Nam fere centum et octoginta exstare quorum Silligius fere centum et triginta nominaverit, dicit Detlefsen (in Jahni annalib. 77, 660). Cf. Rezzonic. disquisit. Plin. t. II. p. 218.

Sed nuper demum indefessis Silligi studiis effectum est, ut „iam Plini oratio certo fundamento nitatur, unde tuto progredo possis“ (Sill. praef. p. LXXXI). At quamquam Sillig. et codicibus collatis, maxime Jani opera adiutus, et multis observationibus de Plini dicendi genere acute factis coniecturisque felicibus egregie de Plini Nat. historia meritus est, multum tamen relictum esse, ut opus pristinae suae formae restitueretur, Sillig. ipse minime ignorabat (vid. praef. p. LXXX). Verum uno maxime vitio Silligo editio laborat, quod ille saepe missa meliorum

codicum auctoritate e deterioribus libris mscriptis lectiones arcessivit, splendidiores illas quidem, sed interpolatione et coniectura nisas (cf. Url. Vind. p. 108). Fregit enim animum eius intellegentia quanto spatio codex Bambergensis reliquorum vel optimos antecederet, ut huius auxilio desertus „prorsus dubius haereret, quousque progredi liceret“ (praef. p. LXI sqq.). Huc accedit quod codicum multorum inter se cognationem non accuratius indagavit, cuius rei pauca exempla nuper iam Detlefsen (Jahn. ann. 77, 660 sq.) attulit. Reparavit quidem Janus multa a Silligio peccata, accuratius ad optimos codices Plinianum opus exigens, etiam Urlichs haud pauca acri ingenio correxit, verissime tamen nuper Detlefsen (l. c. p. 660) intellexit, ante omnia, si via ac ratione in constituendo Pliniano textu procedere velimus, necessarium esse ut singulorum inter se codicum cohaerentia diligentius indagetur. Quae res cum apud omnes scriptores antiquos quorum libros ad artis criticae leges exhibere volumus, summi momenti sit, tum in Plinio accuratissime debet ministrari, quoniam optimi eius codices partes tantum quasdam operis continent, ut inde concludendum sit, quibus reliquorum codicum in iis partibus, ubi optimis uti non licet, primas vindicare debeamus.

CAPUT I.

M (RT acd DΘ).

§. 1.

Historia cod. M.

In disquisitione de codicum Plinianorum fide instituenda exire volo a codice rescripto quem Moneus a. 1853 in bibliotheca monasterii ad S. Paulum in valle Lavantina Carinthiae detexit. Quem cum accurate Moneus in editione sua descripserit, ego nunc huic rei non immorabor. Codex qui maiores partes librorum XI—XV continet, antiquissimus omnium codicum Plinianorum, scriptus est, Moneo iudice (prolegg. p. XX) saeculo quarto exeunte, Janus vero (Nunt. litt. Monac. 1856 I. p. 38) propter similitudinem litterarum quae inter M et fragmentum corporis iuris Pommersfeldi in bibliotheca Schoenborniana servatum intercedat, saeculo sexto scriptum putat. Rescriptus est codex saeculo octavo (Mone prolegg. p. VII). Illud quidem recte Moneus demonstrasse mihi videtur, codicem in Italia superiore exaratum esse (vid. prolegg. p. XXVII sqq.), quamquam huic disquisitioni multa inutilia atque aliena

immiscuit, uti recte iam Janus (Nunt. litt. Mon. 1856 l. p. 39) notavit. Gallo-Italicam originem produnt inprimis littera i vel e saepe vocabulis c aut s incipientibus praefixa, cuius rei exempla collegit Moneus prolegg. p. xxx. xxxi. xxxiii, tum, quod Moneus neglexit, omissa p ante t (cf. Aegyto p. 129, 26. 140, 15 [italice Egitto]).

Archetypum codicis rescripti Moneus saeculo p. Chr. altero scriptum arbitratur, sed huius temporis definiendi iustas causas deesse recte monuit Jan. (l. c. p. 41). Illud tamen bene ex lacunis Moneus demonstravit (prolegg. p. xxxv) archetypi lineas plus minus vicenis litteris constitisse. Lacunis quas Moneus ad hanc rem demonstrandam collegit, addenda est ea quae p. 191, 25 invenitur, ubi *talpona ..... consemina* i. e. 28 litterae omittuntur. Nam haec verba adeo necessaria sunt, ut cum Moneo pro interpolatoris additamento accipi non possint. Sed cum hanc conclusionem ex lacunis petitam Janus (l. c.) in dubitationem vocaverit — minus recte, nam etsi lacunae ubique ex simili verborum fine oriri possunt, magis tamen hoc in fine aut initio versuum accidere verisimile est — ego nova quaedam argumenta adiciam. Etenim p. 190, 9 *ob id* (pro *avide*) ortum est ex dittographia verborum *ob id* quae 26 litteris distant. Similiter p. 97, 4 *etenim* post 42 litteras (i. e. duos versus archetypi), p. 100, 25 *quae* post 22 litteras repetitur. 133, 23 *ad* post 27 litteras denuo legitur, quamquam etiam hac in re aliquando casum regnare demonstrat p. 138, 22, ubi *ita* post 32 litteras repetitur. Quod vero ex hoc versuum ambitu Moneus conclusit, unicam columnam in archelypo exhibitam fuisse, excipiendi sunt indices, qui binis columnis exarati erant. Id demonstrat inprimis p. 116, 16 ubi v. *externis* ita tantum explicari potest, ut in archetypo sic scriptum fuisse statuamus

EX AUCTORIBUS. EXTERNIS
M. VARRONE THEOPHRASTO.

Similiter p. 178, 13. 14 vv. *notabilia circa apothecas* et *de natura vini* falso loco ponuntur.

§. 2.

De fide atque auctoritate M in orthographia.

Quod iam auctoritatem codicis M attinet, statim postquam Moneus detexit intellectum est, eum codicum qui easdem partes servaverint, longe optimum esse (vid. Jan. Verhandlungen der XV. Versammlung deutscher Philologen [Hamburg 1856] p. 64 sqq. et Nunt. litt. Monac. l. c. p. 51 sqq. Urlichs Jahn. ann. 73, 65 sqq.). Sed cum Janus, alioquin optime non uno nomine de Plinio meritus, quamquam et ll. cc. et postea (in scriptione gratulatoria ad Fridericum de Thiersch doctorem quinquagenarium data, ubi de auctoritate codicum Plinianorum breviter

egit) praestantiam huius codicis agnovit, tamen saepe egregiis eius dotibus uti respuerit, haec res paulo altius repetenda erit.

Atqui M praestantia luculenter iam in orthographia conspicitur, cuius rei pauca exempla ponam. Sic in M scribitur

alium 172, 13.

anulus 141, 20. Cf. Corssen Ueber Aussprache, Vokalismus und Betonung der lat. Sprache I. 95.

alvus 19, 11. 24, 1. 60, 18. 71, 21. 164, 25. 202, 20. Cf. Verg. Ge. 2, 453. Wagner orthogr. Verg. s. v. neque formam *alveus* ad ea quae demonstrare voluit adhibere debebat Corssen II. 170.

alvaria 104, 19. Vid. Jan. ad h. l. *artus* (adiect.) 85, 3.

auctor (*auctoritas*) 52, 9. 86, 6. 7. 21. 96, 9. 99, 23. 120, 11. 132, 7. 149, 19. 151, 7. 183, 15. 185, 8. 198, 8. 201, 9. 202, 24 etc.

autumnus 113, 20. 171, 21. 173, 17. 175, 25. 190, 17. 248, 6. 271, 6. Cf. Wagner orthogr. Verg. s. v.

baca 97, 19. 98, 11. 160, 17. 174, 23. 175, 23. 210, 5. 212, 18. 230, 2. 23. 231, 1. 6. 232, 1. 238, 26. 239, 8. 246, 12. Cf. Schneider Grammat. lat. I. 402. Wagner l. c. s. v.

bracchia 29, 8. 65, 7. 21 (*brachiali* 145, 19).

caelum (*caelestis*) 13, 22. 187, 5. 16. 190, 15. 212, 25. 213, 12. 24. 215, 10. 230, 8. 231, 7. 249, 22. 251, 8. Cf. Wagner l. c. s. v.

camara 99, 11. Vid. Jan. in Sill. ed. min. Plin. vol. V. p. 371.

cepa 172, 13. Cf. Sill. ad 19, 99.

ceterus 189, 14. 203, 3. 204, 18. 211, 13 etc.

cotidie 218, 11. Vid. Quintil. inst. or. I. 7, 6. Angel. Mai. Frontonis opp. (Romae 1823) p. 411. Corssen l. c. I. 69 et Berichtigungen und Nachträge ad eum locum.

Delmatia 63, 6.

epistula 149, 19. 153, 6. 14. 202, 25. Vid. Schneider l. c. I. 28. Mai l. c. p. 414. Corssen I. 255.

fetus 17, 21. 18, 6. 24, 24. 26, 2. 30, 10. 32, 6. 34, 15. 39, 1. 53, 13. 59, 12. 16. 60, 10. 24. 138, 24. 140, 14 (*fetas* 61, 26. *effet.* 53, 7. *fecund.* 189, 19).

harena (106, 18) 107, 1.

ilico 60, 13. 121, 26. Vid. O. Ribbeck. Com. lat. rell. p. 356 s. v. Sueton. p. 144, 36 Roth. Corssen I. 83.

immo 101, 14. 126, 17. 190, 19. 216, 7. 17. 231, 13. Vid. Wagner. l. c. s. v.

lacrima 90, 1. 93, 2. 95, 7. 98, 5. 106, 17. 111, 25. 112, 8.

lagona 205, 25. Vid. Jan. ad h. l. qui eandem scripturam ex cod. Bamb. Senec. epp. 114, 5 adfert. Schneider indicc. scriptt. r. r. s. v., ubi adde Colum. 12, 48.

litus 94, 12. 198, 3 (*li|tor.* 92, 8. 173, 15. 175, 11).

litterae 146, 21. 149, 7. 24. 150, 5. 166, $\frac{10}{11}$. 184, 2. 197, 4 (*obliterat.* 185, 23. 212, 14). Cf. Corssen I. 69.
Mauretania 155, 1. 156, 6. Vid. Sill. Plin. vol. V. p. XXI.
milia 63, 15 (ex corr.) 100, 1. 101, 20. 184, 1. 201, 6. 216, 3 (*milies* 101, 19). Cf. Corssen I. 82.
paulum 39, 16. 69, 18. 60, 2. 65, 25. 129, 20. 137, 25. 154, 19. 209, 25. Cf. Wagner l. c. s. v.
poena 34, 16. 218, 3. 245, 11.
quattuor 155, 2. 10. 203, 11. 207, 11. Vid. Schneider l. c. I. 446 sq. Wagner l. c. s. v. Corssen I. 69 et Berichtigg. ad h. l.
religio 67, 14. 26.
sabuci Vid. Jan. ad 13, 122.
sollemnis 24, 26. Vid. Corssen I. 83.
sollers (*sollertia*) 9, 17. 30, 12. 49, 24. 58, 15. 221, 9.
sucus 53, 25. 88, 23. 96, 1. 12. 110, 25. 111, 23. 112, 17. 113, 19. 128, 1. 132, 15. 25. 140, 9. 141, 17. 146, 10. 162, 19. 168, 8. 26 etc. Vid. Schneider. l. c. I. 402 sq. Wagner. l. c. s. v.
Trogodytae 36, 7. 102, 25. 104, 24. 176, 10. Vid. Sill. ad 2, 178.
tus (*turifer*) 93, 19. 24. 97, 14. 100, 2. 9. 106, 24. 169, 9.
Vergilius 85, 18. 186, 1. 191, 1. 193, 17. 230, 4.
umeri 64, 9. 75, 12.
umidus 32, 20. 91, 15. 129, 3. 187, 13.
umor 9, 8. 26. 10, 26. 27, 22. 33, 12. 55, 23. 62, 4. 139, 6. 148, 4. 149, 26. 205, 13. — Semper M exhibet formam *sub diu:* 12, 16. 215, 17. 241, 3, semper dativum *subus:* 38, 16. 51, 19. 71, 20. Vid. Schneider. l. c. II. 68.
m in compositione servatur in
dumtaxat 30, 6. 120, 3. 142, 2. Cf. Corssen Nachtrag ad I. p. 95, 2.
numquam 17, 25. 37, 22. 131, 12. 148, 17. 166, 15. 171, 14. 175, 26. 187, 8. 208, 9. 214, 21. Vid. Wagner. l. c. sub littera M.
quacumque 94, 21. 204, 6. *quocumque* 108, 11. *quibuscumque* 76, 10. *ubicumque* 58, 22. 186, 18.
quamquam 75, 2. 127, 22. 128, 4. 132, 21. 141, 5. 159, 21. 175, 20. 183, 10. 186, 1. 244, 20. 252, 8. Vid. Wagner. l. c. sub litt. M.
quem|quam 229, $\frac{24}{25}$. *umquam* 38, 17 (*u|quam* 110, 2).
tamquam 95, 23. 217, 7 (sed *tanquam* 216, 24).
utrimque 38, 2. 50, 15. 61, 17. 62, 13. 70, 23. 250, 10.
venumdata 154, 16 (sed *venundata* 195, 25).
n contra scribitur (Cf. Corssen I. 94. in
quendam 69, 3. 123, 5. *quandam* 108, 16. 158, 24. *quarundam* 144, 14. 167, 6. 183, 13. 185, 25.
tantundem 43, 22. 208, 19. 209, 13.

n fere semper additur ante *s* in numeralibus: *vicensim.* 37, 4. *tricensim.* 13, 8. 38, 1. 11. *quinquagens.* 43, 21. *octogens.* 37, 6. *nonagens.* 57, 3. *centens.* 43, 24. *quotiens* 52, 21. *totiens* 139, 19. 243, 4. Raro tantum omissa est: *duodetricesima* 248, 8. *milies* 101, 19. *vicies* 198, 16. Similiter *n* additur in *Atlans* 154, 7. *elephans* 60, 3. *coniunx* 61, 24. Vid. Spangenberg iuris rom. tabb. p. 382, 23. Schneider l. c. I. 459 sq. Mai. l. c. 412. Wagner. l. c. p. 457. Merkel Ovid. II. p. VIII et III. p. VII ed. Teubn.

n contra omittitur in *praegnas* 61, 12. Vid. Jan. ad Plin. vol. II. p. 153, 2. Schneider l. c. I. 460. Wagner. l. c. s. v. Corssen I. 97. 100.

p semper scribitur inter *m* et *t* (praeter 251, 16 *demtam*): *empta* 154, 15. *emptori* 196, 26. *demptis* 250, 1. *ademptis* 11, 21. *exempt.* 130, 13. 175, 8. *interempt.* 45, 9. 46, 19. 103, 16. 217, 22. *sumptus* 94, 25. *absumpt.* 38, 17. 252, 6. *consumpt.* 22, 18. *(praetem)ptandum* 36, 19. Vid. Schneider. l. c. I. 466. Wagner. l. c. p. 461. Corssen I. 57. Minus recte hunc usum in dubitationem vocavit Halm. ad Tac. A. 6, 15.

i alteri *i* insidens in compositis verbi *iacere* semper omittitur: *adicitur* 119, 1. 172, 23. 204, 11. 205, 9. 209, 14. 236, 2. *inicitur* 170, 15. *obicit* 219, 26. *subiciam* 75, 23. 237, 13. Vid. Wagner. l. c. p. 445. Boehmer. programm. gymn. Oels. 1856 p. 17 sqq. Corssen I. 127. 131. 312.

In verbis compositis in quorum radice vocalis brevis est genuina vocalis saepe retinetur. Sic semper scribitur *intellegere* 10, 6. 33, 20. 35, 7. 38, 19. 48, 20. 63, 26. 85, 21. 95, 23. 121, 4. 125, 22. 144, 24. 158, 9. 173, 7. 206, 21. 231, 11. Cf. Corssen I. 321. *peremunt* 26, 11. *interemunt* 19, 2. 29, 22. Vid. Fronton. epp. ed. Mai. p. 77, 25. Jan. ad Plin. 11, 56. 72. Corssen I. 321. *expremuntur* 209, 22. *superiacta* 73, 21. Cf. Merkel Ovid. t. I. p. VIII. XIII.

Superlativus raro in *umus* finitur: *maxuma* 121, 22. *optumae* 104, 8. 157, 23. *decumas* 94, 1. Contra *amplissim.* 89, 23. *decimi* 196, 10. 197, 16. 206, 7. *finitimis* 204, 1. *laudatissim.* 90, 23. *maxim.* 20, 2. 21, 23. 23, 26. 88, 15. 103, 10. 20. 106, 24. 107, 7. 14. 112, 3. 14. 132, 13. 21. 134, 25. 147, 17. 157, 26. 159, 26. 162, 23. 167, 20. 174, 22. 176, 2. 185, 12. 192, 6. 195, 19. 196, 14. 200, 23. 201, 24. 205, 3. *minim.* 101, 18. 103, 22. 25. 112, 1. 113, 3. 150, 10. 14. 168, 11. 192, 5. 194, 15. 197, 10. *optim.* 20, 13. 107, 5. 108, 1. 112, 2. 113, 23. 148, 21. 169, 12. 205, 14. *pessim.* 143, 15. 192, 12. 196, $\frac{16}{17}$. *plurim.* 88, 26. 103, 25. 124, 24. 132, 11. *proxim.* 99, 3. 103, 11. 109, 23. 110, 14. 131, 16. 147, 7. 148, 15. 167, 21. 208, 22. *septim.* 208, 26.

pro *u* post *u* saepe legitur *o*, quamquam in hac re M sibi non constat, sicut ipso Plini tempore promiscuum usum regnasse verisimile est (Cf. Quintil. instt. or. I. 7, 26. Velius Longus p. 2222 P. Corssen

I. 260): *avolsum* 10, 26. *divolsis* 10, 20. *divos* 200, 8. *volgo* 75, 18. 217, 22. 233, 11. *Volcanus* 15, 12. *ignavos* 23, 13. *reliquom* 26, 20. *volnerum* 52, 7. 98, 8. 231, 17. *volvam* 52, 15. 25. Contra legitur *aestivum* 11, 13. *alvum* 169, 24, *avulsae* 128, 26. *fulvus* 141, 16. 203, 12. *incurvum* 110, 8. *novus* 136, 19. 247, 4. *octavum* 196, 25. *revulsione* 149, 16. *vivunt* 130, 13. 217, 26. *vulgare* 150, 8. *vulgo* 124, 18. 169, 16. *vulvis* 169, 21. Vid. Wagner l. c. p. 445.

Ante *u* non excipiente altera vocali plerumque *c* scribitur: semper *cum; cocuntur* 247, 21. *decocuntur* 212, 19 (*decoqunt* 239, 11. *decoquntur* 239, 9. *coquunt* 100, 9. *coquuntur* 121, 17). *locuntur* 214, 4. 217, 19. *locutum* 73, 10. 158, 16. *oblicum* 60, 20. 64, 21. *relicum* 232, 2 (*relinquont* 13, 5. *reliquom* 26, 20). *secuto* 169, 9. 200, 9. 206, 1. *consecut.* 93, 3. *sterculina* 214, 4.

Infinitivus perfecti verborum quorum perfectum in *ivi* vel *ii* exit, simplici *i* scribitur: *interisse* 183, 13. *obisse* 219, 17. *perisse* 124, 11. *quaesisse* 84, 2.

In adsimilatione praepositionum quamquam M sibi non stat neque de hac re singulatim satis adhuc quaesitum est, saepe antiquum usum refert. Ego omnia exempla collegi, ubi praepositio cum verbo composita aliquando mutatur:

afuit 145, 6. Cf. Wagner. l. c. s. v. Schneider. l. c. I. 520. Fleckeisen. Philol. 4, 322 adn. 14. Schultz. controvers. orthogr. nr. 1. Tacit. A. 2, 35. Sueton. p. 182, 23 Roth. Fronton. epp. p. 95, 19 M. *abrumpi* 14, 26. *absit* 162, 4. 242, 4. *absoluta* 40, 4. 24. 124, 9. *absumitur* 56, 21. 190, 11. *absurde* 28, 5. ‖*apsumunt* 58, 3.

accessu 90, 2. *accensis* 23, 15. 86, 25. 98, 24. 201, 11.

accepta 48, 16. 57, 25. 100, 24. 158, 12. 176, 7. 199, 23. 217, 14. 235, 1. 248, 13. 251, 11. *accidere* 49, 13. 71, 11. *accomodat.* 124, 13. 231, 24.

adfert 13, 1. 43, 5. 120, 4. 149, 8. 231, 8. *adflatae* 128, 12. 140, 20. 189, 25. 200, 1. 248, 5.

adgnata 74, 18. *adgnoscimus* 74, 4. *adgravans* 99, 13. *adgressae* 11, 19. 196, 18. ‖*agnascentibus* 8, 22.

adlinitur 148, 9. ‖*allatam* 86, 15. *alluit* 104, 18.

admisceatur 61, 10. *admoventia* 65, 14.

adnectitur 42, 20. 49, 8. 50, 19. 52, 18. 71, 20.

adparet 92, 15. *adpetit* 19, 25. 23. 24. 68, 1. 95, 23. 208, 13. 232, 1. *adposit.* 207, 11. *adprehens.* 27, 15. 107, 2. 157, 9. 220, 7. *adprobarit* 63, 5. 220, 10. ‖*apparente* 76, 3. 83, 9. 159, 9. 202, 26. 221, 18. 245, 1. 251, 2. *appellat* 14, 12. 16, 5. 18, 3. 19, 11. 26, 11. 28, 10. 36, 5. 41, 21. 42, 1. 48, 7. 9. 50, 21 etc.

adquiri 250, 14.

adrepentes 22, 2. *adrosos* 54, 11.

adscripsisse 167, 5. *adservare* 44, 1. 205, 3. 242, 19. *ads(e)verant* 101, 4. *adsiduit* 100, 17. 133, 22. 140, 18. *adsimilatio* 71, 1. *adspersus* 90, 11. 119, 23. 238, 23. *adsueti* 53, 17. *adsultim* 28, 13. *adsurg.* 167, 16. ‖*aspectu* 20, 10. 105, 25. 110, 8. 138, 11. 166, 18. 172, 4. *aspici* 4, 10. 105, 25. 110, 8. *aspergunt* 129, 19. 150, 10. 214, 16. 236, 20. 238, 19. 239, 9. 242, 8. *aspiret* 168, 11.

adtulisse 152, 25. 246, 10. 251, 22. ‖*attenuans* 39, 23. *attingi* 15, 10. 26, 17. 47, 18. 67, 16. 68, 3. 75, 5. 76, 22. 92, 3. 129, 10. 144, 1. *attollere* 59, 4. *attribut* 60, 15. 217, 23. *attulerunt* 48, 26.

concortione 50, 3. *concrescit* 14, 22. *concretior* 62, 20. *conferent* 11, 13. 61, 21. *conficere* 50, 16. 63, 21. *confingi* 17, 26. *confinio* 63, 12. *congerie* 161, 6. *congesta* 101, 11. *congruat* 14, 3. 47, 11. ‖*combust.* 152, 8. 21.

coiectis 211, 20. *coicit* 240, 2. Cf. Corssen l. c. I. 95 et Nachtrag ad h. l.

conlocandi 243, 11. ‖*colligunt* 42, 23. 26. 88, 5. 89, 20. 93, 24. 97, 15. 111, 3. 151, 16. 200, 25. 213, 11. 233, 7. 236, 16. 248, 6.

commeat 42, 6 (*cō*|*meant.* 160, 20). *commendare (commendatio)* 63, 4. 85, 10. 141, 16. 162, 19. 189, 11. 14. 218, 18. 219, 5. 234, 2. 9. 246, 23 (*cō*|*mendatio* 122, ½). *commemor.* 24, 15. *commentarior.* 152, 11. *commentis* 102, 13. *commerciis* 99, 15. 183, 19. *commiss.* 154, 25. 67, 20. *commoratus* 83, 24. *commun.* 98, 15. 105, 8. 121, 3. 146, 16. 163, 8. 183, 5. 16.

coniveant 2, 20. *conubio* 102, 26. Cf. Jan. ad Plin. vol. III. p. 3, 4. Mai l. c. p. 411[b]. Wagner l. c. sub litt. N. §. 3. Corssen I. 95 et Nachträge und Ber. ad h. l.

compactites 20, 14. *compererit* 198, 24 (*incō*|*pert.* 89, 13). *compluris* 198, 18. *comportatur* 104, 26. *composit.* 18, 1. 51, 9. 127, 11. 210, 22. 241, 4. 248, 12. *cō*|*primi* 161, 16. *computat* 101, 19. *computuisse* 152, 3. ‖*conpressu* 32, 15.

conr(up)tis 43, 6 ‖ *corripere* 216, 20. *corrump.* 13, 19. 28, 24. 122, 14. 123, 13. 166, 4. 250, 2 (*incorrupt.* 142, 3. 157, 21. 158, 26. 186, 24).

consedere 104, 25. *conservant* 78, 4. *conspicit* 11, 21. 28, 21. 32, 17. 63, 13. *constare* 58, 4. 59, 11. 120, 14. *constricta* 40, 26 ‖ *cospissari* 157, 21.

contactu 17, 18. 34, 6. 76, 21. *contegunt* 34, 5. *continent* 55, 12.

convekit 20, 3. 22, 20. 36, 15. 93, 25. *convenit* 59, 10. 85, 5. 152, 23. 167, 4. *conversa* 36, 15. *convicti* 70, 9. *convoluta* 35, 21. 91, 3. 97, 6. *convulnerat.* 44, 7. ‖*comveniet* 119, 11.

exsistere 108, 14. *exsplendesc.* 13, 14. *exstat* 154, 13. *exstruunt* 11, 25. ‖*execrat.* 159, 11. *exequias* 22, 18 (*exilium* 196, 5). *existere* 102, 18.

expectare 216, 17. *expirare* 71, 1. 121, 26. 134, 12. *explendesc.* 12, 10. *expuatur* 128, 1. *exuperant.* 190, 3. *inexuperabil.* 83, 18. *efferri* 216, 16. *effundi* 216, 24. 218, 2.
imbui 242, 1.
inlata 165, 11. *inlinere* 24, 12. 26, 13. 157, 13. 168, 14. 169, 8. 249, 1. 7. 250, 5. 21. *inlustrem* 64, 17.
inmatur. 234, 14. *inme(n)s.* 13, 6. 34, 3. *inmerserint* 29, 26. *inmobil.* 54, 14. *inmulgere* 59, 9. *inmutabil.* 38, 9.
immatur. 138, 25. 232, 17. *immeant* 58, 10. *immitem* 124, 10. *immobil.* 92, 13. *immolaret.* 46, 15. *immortal.* 145, 13. 158, 24. 184, 24.
inpactum 220, 2. *inpatiens* 187, 15. *inpenetrabil.* 58, 20. *inpendio* 119, 25. 216, 1. *inpensae* 94, 5. *inperi* 169, 6. *inperfect.* 11, 3. 18, 12. *inplere* (36, 26) 93, 4. 109, 17. 247, 23. *inplicatum* 10, 19. *inplumis* 39, 1. *inponunt* 30, 14. 157, 15. 194, 19. 213, 24. *inprobo* (adiect.) 96, 1. *inprobantur* 113, 22. *inprudentia* 76, 15. *inpudent.* 168, 21. *inpugnant* 21, 16 ‖ *impatientia* 27, 6. *impendi* 171, 18. *impediat* 74, 2. *imperant (imperator, imperium)* 11, 8. 24. 20, 2. 34, 24. 46, 26. 86, 17. 101, 22. 104, 18. 109, 7. 183, 18. 184, 17. *impetum* 19, 19. 218, 26. *implere* 29, 15. 111, 9. 141, 15. 214, 21. *importare* 29, 16. *imposit.* 244, 16. *improbant* 107, 19. (*i*)*pellunt* 72, $\frac{20}{21}$).
inritament. 216, 8.
occurreret 18, 15. 34, 22.
obducunt 133, 24. 246, 20. *obnoxiae* 21, 16. 157, 4. *obrui* 25, 15. 248, 25. 249, 9. *observare* 13, 7. 55, 8. 75, 17. *observatio* 67, 14. *obsident* 27, 1. *obstrepat* 42, 8. *obstringitur* 17, 3. *obterendo* 34, 14. *obumbrat* 32, 15 ‖ *opsidion.* 47, 21. *opstare* 58, 9. *optemper.* 199, 8. *optexti* (= *optexit*) 23, 22. *optinere* 9, 23. 63, 23. 107, 9. 131, 15. 202, 23. 231, 18.
perlucid. 15, 4.
rettulit 154, 3. 186, $\frac{4}{5}$. 199, 23. Cf. Ph. Buttmann ap. Schneider. Lat. Gramm. I. 598 sqq. Corssen I. 326. ‖ *re*|*tulimus* 154, 3.
successit 202, 4. *succisae* 130, 10. *succurrit* 165, 64.
subfervefacti 114, 8. ‖ *sufficit* 28, 23. 34, 1. *suffusi* 57, 16.
sublevantes 29, 9. *sublicanis* 12, 12. *subnasci* 27, 19. 138, 23. 140, 18. 245, 24.
subpriment. 145, 9. ‖ *supprim.* 48, $\frac{14}{15}$. 49, 13.
subrigi 162, 1. *subsequatur* 68, 23. 184, 4. *subsistit* 110, 3. *substerni* 248, 11. 250, 18.
subtemina 149, 12. *subtilis (subtilitas)* 17, 23. 13, 16. *subtrahitur* 22, 23. ‖ *suptilitas* 48, 16. 55, 7. 21. 58, 3. 22.
supter 55, 19.
transcurrens 157, 7. *transferri* 85, 4. 171, 24. *transfigur.* 174, 16. 176,

23. *transfoss.* 57, 23. *transgressa* 84, 10. *translat.* 230, 1 (ex corr.). 245, 12. *transmittit* 49, 16. *transcripsit* 196, 6. *transtulit* 84, 18. *transversus* 18, 25. *trastri (= trasiri)* 33, 16. *trasisse* 34, 3. *traiecta* 48, 26. *tralatis* 97, 13. 172, 15. 193, 2. 245, 20. *tralucid.* 91, 5. 111, 6. *pertralucid.* 149, 10. *tramitti* 58, 11. 149, 7. *traversa* 148, 12.

Ex his quae breviter de orthographia M congessi — nonnulla et postea commemorabuntur — quamquam non ubique scribendi ratio sibi constat, satis eius bonitatem elucere arbitror. Nam etsi de reliquorum codicum orthographia aeque accurate iudicare non licet, quia Sillig. diversas orthographicas lectiones rarissime adnotavit, sufficiunt eae tamen, ut illos codd. multo magis quam M suae aetatis scribendi rationi indulsisse intellegamus.

§. 3.

De fide atque auctoritate M in lacunis explendis conspicua.

Manifestius etiam praestantia M cernitur fide qua scriptoris verba reddit et qua ceteros omnes vincit. Nam primum lacunas explet a reliquis codd. admissas. Sic 11, 38 *confectum diebus album mel non fit ubi thymum est, sed oculis et ulceribus* omittunt RTd, verba *album .... ulceribus* etiam editiones, sed β habet §. 45 pone *vocant*, unde Jan. iam olim (Nunt. litt. Monac. 1836 nr. 166. p. 284) hoc loco ea inserere voluit. Similiter M supplet 13, 130 = p. 171, 6 *valida.* 13, 141 = p. 175, 26 *vere decidentes.* 14, 47 = p. 195, 3 *amminium ... conduntur.* 14, 27 = p. 187, 4 *grandi.* 14, 36 = p. 192, 4 *pariter et bonitate.* 14, 47 *in olla vinaceis conduntur amminium minusculum et maius et apicium eadem in sapa et musto*[1]). 14, 140 = p. 217, 5 *quae in bibendo certamina.* 14, 143 = p. 218, 17 *semper.* 14, 146 = p. 219, 17 *iniuria*, unde recte *sine iniuria* i. e. *sine damno suo* coniecisse mihi videtur Detlefsen. (in Jahn. ann. 77, 663 sq.). 15, 59 = p. 248, 8 *neque ultra duodetricesimam nec pluvio die.* 15, 61 = p. 249, 15 *interque uvas.* 15, 57 = p. 247, 10 *fieri* (vid. Varr. r. r. I. 40, 7). 15, 61 = p. 249, 15 *interque uvas*, quae omnia editiones et codd. a Silligio usurpati omittunt.

§. 4.

De fide atque auctoritate M in lectionibus exhibitis.

Praeterea M saepissime solus veram lectionem praebet, cuius rei ea exempla proferam quae nihil fere dubitationis relinquant. Sic M

---

1) Postrema verba *in sapa et musto* om. J., sed exstant illa ap. Caton. r. r. 7, 2, unde Plinius, ut ipse dicit, haec sumpsit, et ap. Varr. r. r. I. 58.

exhibet 11, 8 *cunctis inter se similem. verum*[1]) (J. *cunctis verum similem quidem* Rd. *cunctis, verum simile quiddam* Barbar. S.) ibid. *denique*[2]) (J. *donec* Sv.), 11, 27 *aut* (probante Detlefsen. Jahn. ann. 77, 658. *et* Sv. J. U.), 11, 28 *fit* (J. Detlefsen. l. c. *fiet* Sv. U.), 11, 30 *explendescente* (J. U. *exsplendescit* RΘTd. *exsplendescente fit* Sv.), 11, 35 *velint* (J. *vellent* Sv.), 11, 37 *revocandis* (J. *vocandi* Rd. *vocandis* Sv.), 11, 39 *acre* (*re* Rd.), 11, 44 *diribentes* (*diripientes* RTd.), 11, 45 *quando* (J. *quarum* Sv.), 11, 46 *ore confingi* (J. *oportere confici* Sv.), 11, 58 *melior* (J. U. om. RdS.) ibid. *duasque* (Piutian. J. U. *easque* Sv.) ibid. *duosque* (U. *duo* Sv. J.), 11, 60 *velut* (J. *sed ut* Rd. *ut* S. ex coni.), 11, 63 *morbos* (*mortuus* R¹d. *mortuos* R²), 11, 65 *e quibus* (J. *quibus* Sv.), 11, 67 *aversa* (J. *adversa* Sv.), 11, 68 *elatae* (J. *datae* Sv.), 11, 71 *e cera* (J. *cera* Sv.), 11, 77 *in vellera* (Url. Vind. p. 163. J. *vellera* RTd. *vellere* Hard. S.), 11, 96 *revivescunt* (*revivescere* R. *reviviscere* d), 11, 105 *coortae* (*coarto* Rd.) ib. *PR* (= *populo romano* J. *romano* om. Sv.), 11, 173 *elidĭtur* (Oudendorp. J. *elĭtur* R¹d. *editur* R²S. *elicitur* ΘT. Cf. 2, 113 *conflictu nubium spiritum elidi*, 11, 269 *sternumento similem elidit sonum.* 12, 62 *micas concussu elisas.* 14, 146 *ad elidendum sonum.* 25,25 *vehementia qua partus eliderentur.* 31, 2 *fulmina elidit.* 37, 137 *ut repercussu parietum [colores elidant].* — 11, 174 *indiscreta* (*indiscrete* KSJ. *discrete* RΘd. Verba sunt *ut avium et animalium vocis indiscreta edatur imitatio.* Cf. 34, 38 *indiscreta veri similitudo.* 35, 88 *Imagines adeo indiscretae similitudinis pinxit.* 7, 8 *nullas duas indiscretas effigies exsistere.* 9, 112 *ut nulli duo reperiantur indiscreti.* 11, 246 *perfectam hominis imitationem*). 11, 187 *Gneum* (*Gnaeum* JU. *reum* Sv.). 11, 244 *M. Corani* (J. *coram* R. *coraci* d. *corati* T. *C. Horati* S.). 11, 270 *set* (J. *et* R. *esse* d. *est* βS.). 13, 94 *pedem* (Detlefsen. Jahn. ann. 77, 658. *sede* a *sed* d *semipedem* SJ.). 13, 99 *cospissari* (J. *spissari* Sv. Cf. 35, 36). ibid. *manus siccae fricatu* (J. *manu sicca* Sv. *fricatae* codd. Gel. S. *fricatur* ad. Cf. 23, 124 *emendat dentium vitia crebro fricatu* et Plinius omnino tales ablativos amat: *adspersu* 8, 135. 14, 124. *attritu*

1) Sic interpungendum est. Interpunctio apud Janum: .... *similem*, *verum*. error typothetae esse videtur.

2) Quod deinde Janus ex M scripsit *denique existimatio ne sua cuique sit*, cum ap. S. legatur *donec aestumatio sua cuique sit* fateor me non intellegere. Equidem olim conieceram *existimatio ne sua cuique desit* i. e. *ne reliqua tali mora descriptione sua fraudentur.* Cf. 2, 55 *neque instituti operis talis argumentatio est.* 2, 118 *scrupulosius quam instituto fortassis conveniat operi, tractabo ventos.* 35, 1 *nos in iis brevitatem sequemur utilem instituto.* 37, 1 *ut nihil instituto operi desit.* 11, 51 *reges plures inchoantur ne desint.* Placet tamen egregie coniectura quam H. Sauppius praeceptor pie colendus mecum communicavit *existimatio sua cuique sit.* Cf. 9, 19 *quamobrem de his opinetur ut cuique libitum erit.* 14, 59 *quamobrem de principatu se quisque iudicem statuet.* 28, 29 *quapropter de iis ut cuique libitum fuerit, opinetur.*

36, 66. *circumiectu* 11, 270. *concretu* 12, 70. *coniectu* 2, 106. *decoctu* 37, 194. *deiectu* 2, 179. *emersu* 18, 237. *germinatu* 15, 34. *hortatu* 33, 17. *iactatu* 33, 99. *incitu* 2, 116. *iniectu* 11, 58. *incursu* 4, 9. *inlisu* 2, 132. *inlitu* 20, 50. *inplexu* 2, 166. *insitu* 15, 52. *interpositu* 2, 47. *invectu* 2, 201. 4, 5. *obiectu* 2, 47. 3, 151. *oppositu* 2, 181. *significatu* 2, 89. *subditu* 32, 28 ubi vidd. Sill. de hoc ἅπαξ εἰρημένῳ). 13, 101 *proximus* (S. ex coni. J. *primus* ad$\beta\gamma$). ibid. *scripsit haec* (J. *scribit circa* S. ex coni. *scribit quae circa* ad). 13, 102 *quo* (J. *quae* TadS). 13, 104 *et* (om. ad). 13, 112 *abesset* (J. *abesse* ad. *abest sed* βS.). ibid. *acini* (J. *incini* d. *est incini* a. *sunt acini* βS.). ibid. *alias* (Sill. J. *alia* Sv.). 13, 118 *et folio eadem* (*et folio in eodem* ad). 13, 123 *exeunt* (Dalec. J. *exeuntia* Sv.). ibid. *facilis* (Pint. *facilius* Θad. *facilior* $\beta\gamma$). 13, 124 *thapsia sui* (J. *thapsi assidui* d. *tapsi assiduis* a. *thapsia sed sui* βS.). ibid. *quippe* (J. *quippe etiam* Sv.). 13, 125 *scelera* (*cessetlera* ad). 13, 127 *cappari* (*capparis* Sv. J.) Sed cf. 20, 165. *De cappari diximus .... innocentius est Italicum .... qui cotidie id edunt.* 24, 121 *cappari quod* [VTd. *quam* a.] *medici cynosbaton appellaverunt.* 25, 96 *ferunt baculas ut cappari* [ΘVRd. *capparis* a.]. Nominativus *capparis* restat tantum 15, 117 ubi S. codicum lectionum nominatim non attulit. Nam 19, 163 ipse S. *cappari* contra codd. [acd] scripsit quia illa forma h. l. praeferenda esset propter *familiarissimum* et *quod*, quamquam alias Plinius *capparis* diceret, quae postrema falsa esse iam adparet. Etiam apud Celsum IV. 16, 35 Daremb., ubi propter adiectivum adpositum finis vocabuli corrumpi non poterat, scriptum est *cappari aptum est*, dum II. 29, 5 et II. 31, 12 forma *capparis* nunc legitur. 13, 130 *sed ocior* (*et doctior* ad). ibid. *omnibus* (J. *omni usu* Sv.). 13, 131 *viridem* (J. *viridem etiam* Sv.). 13, 132 *transferuntur* (Dalec. J. *praeferuntur* ΘS. *perferuntur* Tad). ibid. *vel pueri anusve* (J. *vel pueri vel anus vel* ΘS. *vel pueri anus vel* ad). 13, 135 *maris* (J. *magis* Sv.). 13, 137 *conchae* (*cunctae* ad). 13, 39 *virere* (J. *vivere* Sv.). 14, 4 *adeoque* (J. *ideoque* Sv.). 14, 7 *et in his* (*et in iis* J. *et e tantis* Hard. S. *et tantis* c. *e tantis* Tad). 14, 34 *aestus* (*aestum* Sv. J. Sed Plinius pluralem abstractorum quae vocant substantivorum amat. Cf. 13, 133 *non aestuum, non frigorum, non grandinum iniuriam expavescit.* 14, 40 *contra frigora aestus tempestatesque.* 11, 77 *frigorum impatientia.* 32, 15 *tempestates mutari.* 12, 131 *nocturni rores caventur.* 15, 6 *rores caeli.* 2, 59 *exortus vespertinos.* 2, 61 *exortus matutinos.* 3, 135 *ortus Rheni adcolunt.* 4, 30 *ad ortus Pelios.* — *circa canis ortus* [Sv. J. *ortum* Θ] 1, 117. [RΘaSJ. *ortum* dβ] 12, 124. [MRΘTadSJ. *ortum* β] 13, 36. [MRaSJ. *ortum* Td] 13, 59. *spectat ortus solis aestivi* 12, 52 [1]). *diebus ac noctibus* 2, 236. *noctibus micare* 5, 7. *volare eas noctibus* 11, 103.

1) Hinc recte Jan. 13, 109 cum M *ad exortus solis* pro *exortum* (Sv.) scripsit.

aestatibus 12, 93. *florem vespera mergi usque in medias noctes* 13, 109. *seritur per aequinoctia* 13, 132[1]). *intellectus saporum* 11, 174. *quaeque genera odorum* 12, 74. *omnibus odoribus praefertur balsamum* 12, 111. *ille olei generibus constat, hoc odorum* 13, 7. *genera magnitudine, colore, saporibus acini innumera* 14, 15. *sucorum saporumque differentia* 19, 186[2]). 14, 35 *laeto* (*lacto* ac, *laco* d, *Latio* βSJ. Verba sunt *ibi enim Murgentina* (*vitis*) *e Sicilia potentissima*[3]) *quam Pompeianam aliqui vocant, lacto demum feracem — sicut horconia in Campania tantum —. e diverso argeoca ultro solum laetius facit.* Ad v. *laeto* supplendum est *solo.* Sic demum adparet, cur horconia Campaniae in comparationem vocetur, scil. propter soli fertilitatem, et oppositio, quae verbi *e diverso* inesse debet, enascitur.) 14, 37 *adamant* (de Leutsch in Philol. 12, 178 not. *amant* SvJ. Cf. 10, 118. 34, 47. 62. 36, 23.) 14, 40 *servatur* (J. *servabilis* Sv.) 14, 51 *eruditorum* (de Leutsch in Philol. 12, 179 not. *tradicionis* a. *traditionis* cd. *eruditionis* βSJ. Verba sunt *principe tum eruditorum ac potentiae* et amat Plinius ita variare ut cum persona rem pro persona positam iungat. Cf. 12, 97 *utilior medicis sicut nigra unguentis* pro *unguentariis.* 19, 167 *git pistrinis, anesum et anetum culinis et medicis nascuntur*, quibus ex locis adparet, 13, 113 *Flos balaustium vocatur et medicis idoneus et tinguendis vestibus* SJ pro *medicis* quod Mad exhibent, non recte ex β scripsisse *medicinis.* Adde 12, 80 *ad Persas prius quam in Syriam aut Aegyptum.* 12, 104 *communis Indis atque Syriae.* 15, 41 *quae faciem parentis sucumque adoptionis exhibent.* 20, 46 *sanguinem exscreantibus et phthisicis et destillationibus longis sucus prodest.* 32, 29 *medentur vertigini, opisthotono, tremulis, spasticis.* 32, 144 *luxuriae testudines et medicis fieri.* 14, 52 *arbitretur* (coni. Urlichs. Vind. p. 182. J. *arbitraretur* Sv). 14, 54 *etiamnum* (J. Detlefsen Jahn ann. 77, 658. *etiam* Sv.) 14, 54 *octonis* (JU. *octogenis* Θ Tacd S.) 14, 58 *hominis* J. *hominum* c S. *homini* Tad.) 14, 61 *Amyclano* (J. *Amyclano* S. *Amineplano* d. *ani sunt clano* a) 14, 61 *intercidit* (J. *intercidit et* Sv.) 14, 62 *haec* (J. supplendum est *nobilitas. hoc* Sv.) ibid. *Faustinianus* (J. *Faustinus autem* Sv.) ibid. *IIII milia* (J. *IIII miliaria* S, sed coniecit *IIII M. IIII* acd.) ibid. *a vico Caedicii* (*a vico prope* acd *prope a vico* T. *cedias* ac. *cecidis* T. *ceadis* d. *a vico prope Caedicias* Osann. S. —

---

1) Hinc recte Jan. 15, 57 cum M *ad hiemes usque* pro *ad hiemem usque* posuit, sed similiter 2, 194 cum RTad *circa meridies* scribendum erat, non, ut SJU scripserunt, *circa meridiem.*

2) Hinc 12, 73 *iniuria odorum* (M. odoris Sv. J.) et 12, 86 *classibus Arabiam odoribus* (M. *odore* Sv. J.) *nuntiatam* scribendum est.

3) Cur non ita cum MTcd quam cum a *potissima* scribere maluerint S. J., nescio. Nam cf. 13, 19 *inter omnis potentissimus odor quisquis novissime additur.* 29, 94 *potentissimae inter omnis (cantharides) variae.*

Janus scripsit *a vico Caedicio*, sed genetivum explicativum, sive, ut Madvig. gramm. lat. §. 282 eum appellat, definitivum saepe Plin. usurpat. Nonnulla exempla collegit Sill. ad 36, 16, quibus adde 2, 108 *puleii arentis herba.* 2, 123 *caniculae sidus.* 2, 146 *lauri fruticem.* 13, 91 *Mauris plurima arbor citri.* 13, 133 *angustioris trifoli frutex.* 15, 8 *inter Histriae terram et Baeticae.* 11, 36. 37. 59. Cf. praeterea Liv. 24, 14. Suet. Tib. 26 Krüger Lat. Gramm. §. 338 n. 2. neque de hoc usu dubitare debebat Nipperdey. quaestt. Caes. p. 17 sq.) ibid. *ulli nunc vino* (J; *ulli in vino* Sv) 14, 65 *esse suos rerum* (J. *esse quod rerum* acd. *esse sicut rerum* βS.) 14, 80 *ad tertiam mensurae* (J. *ad tertiam partem mensurae* Sv.) 14, 85 *e dulci* (J. *dulcique* a. *dulci* d. *dulci e* βS.) ibid. *poni debet* (J. *potui* d. om. a. *potuum* [β] *ponere debeo* S.) 14, 87 *praeterea longe* (J. *longe propterea* Θ ad S.) 14, 105 *asparagi* (Sill. J. *asparago* Sv.). 14, 106 *nardo gallico* (*in agro caligo* acd. *e nardo gallico* SJ. Sed *e* omitti potest. Nam etiam alibi Plin. simpliciter ablativum ponit ut originem vel materiam alicuius rei significet. Vid. Sill. ad 35, 48. Adde 2, 197 *latere terreno facti parietes.* 2,146 *tabernacula pellibus beluarum.* 5,14 *quibus posse quales e lombyce vestes confici.* 5, 128 *tubo coriis facto.* 12, 5 *eodem ebore numinum ora spectarentur et mensarum pedes.* 13, 9 *maxime unguenta crediderim rosa.* 13, 55 *pelles conficiuntur iis.* 15, 21 *oleum quam acerbissima oliva optimum fieri.* 33, 5 *smaragdis teximus calices.* Hinc scribendum est 11, 99 *favos fistulosae modo spongeae* [sic Mβγ. *spongeae e* ΘdSJ. *spongee* R] *medicato melle fingunt.* 11, 241 [*Appenninus*] *Ce'anum* [*caseum*] *e Liguria mittit ovium maxime lacte, Sassinatem ex Umbria* [sic Urlichs. Jahn. ann. 73, 69. *e* ante *lacte* add. J. *maxime lactis, Aesinatem* S.] 13, 142 *spatalia eo* [M. ex eo Sv. J.] *fecere feminas.* 15, 26 *fit* [*e* add. aSJ. om. Md] *lauru.* 15, 29 *et* [*e* add. SvJ om. M.] *platani bacis fieri.* 15, 28 *cyprinum et* [*e* add. SvJ. om. M] *et glande Aegyptia ut fieret dictum est; Indi* [*ex* add. SvJ. om. M] *castaneis facere dicuntur, ichthyophagi e piscibus*[1]). 15, 30 ubi S ex β scripsit *fit et de aspalatho*, illud *de* certe falsum est, cum Plin. numquam ad materiam rei significandam praepositione *de* utatur: nam 15, 29 ubi SJ scripserunt *Et oenanthinum fit de ipsa oenanthe, ut dictum est in unguentis*, cum Ma *ut* omittendum et sic interpungendum est: *Et oenanthinum fit. de ipsa oenanthe dictum est in unguentis.* Sed cum M

---

1) S. J. in variata constructione offendisse videntur, quod prioribus locis praepositio omitteretur, postremo demum poneretur. Sed ita Plinius variare amat. Cf. exemplum ex 5, 14 supra allatum praeterea 11, 10 *illa non certis inest membris, sed toto in corpore.* 11,7 *habere generationis, operis atque etiam de futuro curam.* 6, 202 *vocari Invallem convexitate et Planasiam a specie.*

exhibeat *fit ex aspalatho* ceteri codd. [Tad.] *fit et aspalatho*, dubitari potest, utrum *fit et ex* an *fit et asp.* scribatur, cum in codd. saepe et *ex* pro *et* scriptum [cf. R 2, 189. 237. 11, 236. Rd 25, 52. aḋ 15, 42.] et *et* ante *ex* omissum sit [cf. Rd 4, 9. RTd 13, 54. Rad 13, 60.].) 14, 110 *quare* (J. *qualem* Sv.) 14, 112 *decocuntur* (Sill. J. *decocunt* Sv.) 14, 134. *utique* (*usque* Td.) 14, 135 *aut* (J. *ac* Sv) 14, 136 *debent* (J. *iubent* Sv.) 14, 137 *animalia* (U. *animantia* Sv J. Sed etiam alibi Plin. homines animalium nomine conprehendit. Cf. 2, 145. 12, 1.). ibid. *praestat* (U. probare etiam Janus videtur in Nunt. Litt. Monac. 1858 p. 441. *constat* SvJ. Cf. 2, 230 *Brundisi fons incorruptas praestat aquas navigantibus.* 2, 135. 4, 39. 19, 185. 28, 117. 32, 76.) ibid. *ob id editis* (JU. *abi deditis* d. *ubi dedistis* a. *huic deditis* βS.) 14, 139. *in* (*baluineis*) (U. *immo* ad. om. SJ.) ibid. *plena* (U; *plene* Θa SJ. *plane* d. Verba sunt *vasa plena infundere.* Cf. 11, 166 *perpetui manent.* 14, 38 *novissima haec uvarum reperta est.* 15, 71 *novissima maturatur chelidonia.* 15, 61 *Terentina serissima legi*, quo postremo in loco similiter SvJ contra M scripserunt *serissime.*) 14, 141 *vivunt* (Hard. JU. *bibunt* Tad S.) 14, 142 *morsque* (*moxque* ad) 14; 145 *urbis* (J. *urbis Romae* Sv.) ibid. *nec alia* (JU. *non alia* T. *non alta* ad. *non altera* βS.) 15, 8 *fere* (J. *fert* Tad. om. S.) 15, 15. *invictus* (J. *invictu* ΘTud. *in vita* S.) ibid. *cum nec* (J. *cum* Sv., qui deinde ante *constare* contra codd. inseruit *non.*). 15, 17 *quamlibeat* (J. *quamlibet* Sv. Cf. 19, 29. 36, 160. *quo libeat* 2, 209.) 15, 20 *in iis* (Barbar. J. *in singulis* S. *singulis* Td^2 *finis* d^1. *fines* a) ibid. *vitiari eius oleum* (J. *vitiaberis oleum* a *vitiari eius oleum* d. *vitiari oleum* S.) 15, 62 *repetunt* (J. *petunt* Sv.)

§. 5.

De interpolationibus codicum RΘTacd.

Sed haec sufficiant ad praestantiam codicis rescripti demonstrandam et priusquam de erroribus eius verba faciam, videtur de reliquorum codicum interpolationibus dicendum esse. Atque hi codd. cum summa licentia mutati et corrupti sunt, cujus rei documenta multa in §. 4 insunt, insignia tamen quaedam hic repetam aut nova addam.

Quod 14, 40 M exhibet (*insignes*) *uva*, *non vino*, *ambrosia. sine ullis vasis in vite servatur*, in ad (Sv) interpolatum est in *servabilis.* Nempe offendebatur in enuntiato sine copula adiecto, sed id ipsum Plinio placet, qui saepe enuntiata *ἀσύνδετα* ponit. Similiter peccaverunt deteriores codd. 5, 17 *proxuma illi Massaesylorum (gens) fuerat. [sed* add. a^{2}Rob. *βγ. et* PN] *simili modo extincta est.* Cf. 11, 71 *vespae nidos faciunt*, *in iis ceras.* 11, 103 *est et alius earum obitus: gregatim sublatae . . . decidunt.* 12, 8 *ut mero infuso enutriantur. compertum id ma-*

xime prodesse. 12, 115 *ferro laedi vitalia odit. moritur protinus.* 12, 129 *Laudatius tamen ex India venit. in paludibus ibi gigni tradunt. minus probatur candidum. celerrime situm in vetustate sentit.* 13, 81 *minus sorbet politura charta, magis splendet.* 14, 30 *Baliscam Durrachini celebrant. Hispaniae cocolobin vocant. rarior uva . . . aestus tolerat.* 15, 13 *has enim ocissime occupat aestas. amurca cogit decidere.* 32, 94 *optumum e scorpionibus . . . Coqui debent cum aneto.* 33; 87 *nativa duritia maxime distat; uvam vocant.* 33, 93 *temperatur autem Cypria aerugine . . ; santernam vocant.* 33, 112 *constat . . . totos eo tingui proceres, hunc (hunc-que* hβγ) *ibi deorum simulacris colorem esse.* Manifesta est interpolatio 15, 57 ubi M (J) habet *quotque genera insita fuerint, tot fulgura uno ictu fieri pronuntiatur*, in ad tamen, postquam *fieri* excidit, etiam *fuerunt* et *pronuntiantur* effectum est. In aperto est interpolatio 14, 104 ubi pro *nardo gallico* acd exhibent *in agro caligo.* item 14, 145 ubi ad (Sv) ad *urbis* addunt *Romae.* Similiter interpolatio se prodit 14, 80 ubi ad verba *ad tertiam mensurae decoctum* ad addiderunt *partem* quod tamen Plinius etiam alibi omittit cf 20, 14. 26, 21. 27, 47. Ad sententiam supplendam etiam 15, 8 *excepto Africae frugifero solo. Cereri totum natura concessit* post v. *totum* ad intruserunt *id* quod recte cum M Janus omisit. 14 111 pro *elelisphaco* ad habent *elebisphagora*, c *elebisfagora.* 15, 58 ex eo quod M exhibet, restitutum illud a Jano, *cavent. e vino* in ad factum est *cadent ac vino.* 13, 124 *thapsia sui*, quod M habet, d corrupit in *thapsi assidui*, a in *tapsi assiduis.* 15, 20 *olivam sergianam* a Catone (r. r. 6) commemoratam mutavit a in *segregianam*, d in *sergregianam.* Verum inest in M. — 15, 33 *noxia animalium*, quod recte J. restituit, ab ad in *noxia animalia* corruptum est, quia genetivus partitivus non intellegebatur. At hunc Plinius haud raro usurpat. Cf. 2 206 *cum plurimis mortalium* (ad J. *mortalibus* RΘaS. 2, 213 *ancillantes, siderum.* 2, 219 *mediis temporum.* 2, 223 *aliis siderum.* 3, 7 *cunctis provinciarum.* 3, 31 *nulli provinciarum.* 3, 55 *nulli fluviorum.* 3, 117 *nullo amnium.* 3, 119 *nec alius amnium.* 8, 193 *lanarum nigrae.* 11, 23 *pilarum intergerivis.* 11, 73 *crabronum silvestres* 11, 76 *gemina cornuum.* 11, 206 *omnia quadripedum.* 11, 207. 19, 180 *nulli animalium.* 11, 224 *quae animalium* 11, 232 *ova gignentium nulli.* 11, 243 *quibus animalium* 11, 244 *quibus quadripedum.* 11, 245 *animalium quaedam* 11, 246 *solae quedripedum* 11, 252 *unum hominum* (MRSJ. °*nem* dβ). 11, 265 *canum degeneres.* 11, 270 *in alio animalium.* 12, 54 *Arabum alii.* 12, 111 *uni terrarum* 13, 14 *herbarum utraque.* 13, 38 *ad operum lautiora.* 13, 40 *fructiferarum aliis.* 13, 123 *nulli fruticum.* 14, 33 *nulla vitium.* 14, 62 *solum vinorum.* 15, 15 *olei exiguum.* 32, 81 *dentium labantes.* 33, 17 *a paucis principum.* 33, 59 *rerum uni.*

Mira est illa interpolatio qua Rd 11, 8 laborant *cunctis verum similem quidem* pro *cunctis inter se similem verum.* Jidem 11, 30 *exsplendescit* exhibent pro *exsplendescente.* 11, 46 *oportere confici* pro *ore confingi,* quod et sensus tuetur et Vergil. Ge. 4, 201. Quin immo 11, 41 alius locus (24, 67) adhibitus videtur ab Rd, ut *erice* in *myrice* mutaretur.

Ut iam genera quaedam interpolationum ab his codd. commissarum proponam, saepe formae rariores vel elegantiores in vulgares mutatae sunt. ita 15, 37 *honos* (M) in ad scribitur *honor.* 14, 85 pro *lagonis* (M) in ad (Sv) legitur *lagenis* (cf. p. 4 et Schneidewin. Martial. praef. p. x.). 15, 47 ad *tuberes* dant pro *tubures* (vid. Jan. ad h. l.). 14, 134 forma, ut recte Jan. adnotat, Plautina *ventriosa* (M) in *ventriosa* mutant ΘTad. SedPlinius etiam alibi formas Plautinas usurpat. cf. *fortassis* 2, 82. 118. 127. 11, 42. 250. 12, 19. 20, 28. 32. 27, 102. 33, 124. 36, 132. 37, 145. *edisserto* 3, 42. *interpolis* 19, 29. 29, 11. vid. Url. p. xxi). Rarior forma *satias* corrupta est in *satietas* 12, 77. sed eadem recurrit 5, 6. 13, 130, quibus in locis simili modo deteriores codd. usitatiorem formam intruserunt. Formulam *sub diu*, quam M semper exhibet et Plinius unice scripsisse videtur, Rd 11, 30 mutaverunt in *sub divo.* Jidem 11, 58 pro *derigunt*, quod in M legitur, praebent *dirigunt*, quam formam h. l. etiam Janus adscivit, qui 11, 125 cum MR scripsit *cornua in terram derecta*[1]).

14, 112 acd (Sv) genetivum *cupressus* mutaverunt in *cupressi* (vid. Jan. ad h. l. et cf. genetivum *laurus* 12, 98. 14, 112. Adde Ruddim. institt. I p. 161). Similiter 13, 10 et 15, 26 ablativus *lauru* ab ad mutatus est in *lauro* (vid. Jan. ad 15, 26. *cupressu* Ov. Met. 3, 155. *laurus* [acc. pl.] 17, 36. Plin. ap. Charis. I 21, 141 L).

Saepius composita verba in simplicia corrumpuntur. Sic 11, 37 *revocandis* (M) in Rd mutatum est in *vocandi(s).* 15, 62 acd (Sv) *petunt* exhibent pro *repetunt.* 14, 37 ex M legendum esse *adamant* pro eo quod

---

1) Nescio equidem, num quid discriminis inter has duas formas intersit — nam quae Dillenburger. Quaest. Horat. partic. I. Colon. Agripp. 1838 p. 1—3 disputat de discrimine inter *de* et *di*, ubi verbis praefixa sunt, huc non quadrant — nisi forte *derigere* exprimit, recta via ad certum aliquem locum tendi, *dirigere* contra variis viis eundem finem peti. certe prior forma ab optimo quoque codice commendatur. Cf. Lachmann. ad Lucret. 4, 609 (qui etiam ibid. 6, 823 eandem formam restituit) Halm. ad Tac. A. 6, 40. H. Keil. observ. critt. in Cat. et Varr. der. r. libros p. 44. Orelli-Henzen. nr. 6618. Ruperti. ad. Sil. Ital. 2, 92 et in ind. sub h. v. *in dierectum* posuit Vahlen. Varron. sat. VII 47. Etiam apud Florum II 4, 5 in cod. Bamberg. legitur *derectae*, sed Jahn. et Halm. scripserunt *directae.* Eadem forma restituenda est Plinio 18, 318 (ubi codd. *decreto* exhibent et a S., quem J. sequitur, *directo* coniectura effectum est) et 4, 38, ubi *derigat* in A legitur male illo a SJ derelicto.

acd (Sv) praebent *amant*, iam supra significavi. Neque dubito quin 15, 20 cum M scribendum sit *in concalido solo*, licet textus Catonianus (r. r. 6) qualis nunc est consentiat cum eo quod apud S. a Jano probatum exstat *calido*. Nam etsi adiectivum *calidus* alias non invenitur, certe *concalescere* et *concalere* passim ita usurpantur ut fere idem significent quod *calere*. Similiter 18, 104 S. Jano probatus adiectivum adhuc incognitum *evalidiora* e codd. recepit.

Tum numerus pluralis in singularem vertitur. Sic 13, 109 quod in M scriptum est *ad exortus* in ad (Sv) mutatum est in *ad exortum*. Simili modo 15, 58 *ad hiemes*, ut M habet, in acd corruptum est in *ad hiemem*. Cf. p. 13. Contrarium huius mutationis accidit 15, 9 ubi non percepta collectiva notione *oliva constat* (M) in acd mutatum est in *olivae constant*.

Coniunctivus in indicativum mutatus est 15, 17 ubi M *quamlibeat* exhibet, acd (Sv) *quamlibet* (cf. p. 15 et *qualibeat* 35, 167. 36, 160). Similiter 12, 75 in ΘTad corrupte scriptum est *sunt qui . . . appellant*, quamquam h. l. etiam Janus sprevit quod M exhibet *appellent*. Sed Plinius in hac formula semper conjunctivum usurpat. Cf. 2, 94. 247. 248. 4, 104. 120. 11, 69. 222. 226. 12, 62. 67. 101. 14, 125. 15, 65. 19, 68. 135. 180. 20, 60. 221. 232. 242. 261. 25, 73. 74. 32, 41. 78. 114. 33, 24. 109. 35, 42. 73. 36, 136. 37, 101 bis. 112. 141. 162. Similiter 32, 41 ubi coniunctivum B tuetur ceteri codd, (VRTd) indicativum dant. Etiam 20, 232. 25, 73. 74 pars codicum indicativum praebet. Diversa ratio est 32, 50 *sunt (ranae) quae in vepribus vivont*, cum ibi *quae* ad certum quod praecessit subiectum referatur, sed etiam illo loco *vivant* praetulerim. Certe 15, 67 restituendum est *sunt qui malint* . . .; *sunt qui iubeant*, ubi SJ scripserunt *malunt* et *iubent*, ad illud quidem codicum lectione non nominatim adlata, dum *iubeant* etiam in d ($\beta\gamma$) inest, accedente D qui *iubant* habet.

§. 6.

De erroribus codicis M.

Sed liceat nunc huic enumerationi finem inponere nam satis, puto, demonstratum est, codices RΘTacd crebris interpolationibus turpatos esse. Non quasi M erroribus vacuus sit, immo saepissime librarius eius calamo lapsus est, nusquam tamen consilio mutasse videtur et errores tales sunt quales in omnibus codd. haud raro inveniuntur orti illi ex litterarum specie similium commutatione et quam maxime excusandi in scriptura continua ubi saepe litterarum potius ductus redduntur quam singula verba. Hos vero errores neglegentia et inscitia, non mutandi

et interpolandi libidine natos esse, adparet cum eo quod multis locis ab eodem librario correcti sunt — de qua re postea accuratius dicetur — tum quod in regulas fere quasdam cogi possunt, ut ex archetypi forma causam eorum repetendam esse manifestum sit. Ut et hanc rem probem et imaginem codicis rescripti exprimam, conspectum talium errorum dabo. Et posuit librarius

a pro *e: vanae* 72, 2. *maxuma* 121, 22. *ad* pro *et* 132, 22.

a pro *ae: natura* 10, 13. *candida* 142, 5. *dicta* 142, 19. *qua* 197, 8 *facat* 206, 16.

a pro *i: ipsa* M¹ 91, 1. *operamento* 155, 7. *sarmenta* 250, 1.

a pro *o: terg[a]ora* 58, 20. *Meraen* 86, 17. *saparo (= sapore)* 132, 26 *poma* 140, 10. *media* 151, 25. *loca* 167, 8. *grali[a]ora* M¹ 199 15. *vina* 213, 12. *diluenda* 221, 6.

ae pro *a: minimaeque* 101, 18. *Africae* 106, 17. *Syriae* 129, 26. *materiae* 157, 1.

ae pro *e: adhaerensquae* 18, 26. *mensae* 20, 19, *naec* 23, 16. *vaespae* 26, 18. *cupraessi* 27, 1. *quae* 86, 13. *depraeh.* 87, 9. *pinguae* M¹ 91, 7. *aeaed. (= eaed.)* 92, 11. *illae* 93, 21. *praemitur* 107, 24 etc.

a om: *quoni(a)m* 61, 18. *usque (a) Syene* M¹ 86, 17. *ali(a) quoque* 146, 3. *statumin(a) facta* M¹ 149, 11. *poste(a) murena* 157, 7. *solit(a)riam* 165, 3. *enim (a)murca* 237, 14 *adservare (a)ut* 242, 19.

b pro *v: acerbatim* 101, 10. *narrabit* 102, 2. *conboluto* 114, 6. *Timabo* 199, 26. *nabigabit* 200, 21. Cf. Halm. ad Tac. A. XIV 8, 6.

c pro *g: abici* 17, 9. *licatus* 70, 15. *cedrosi[i]s* 90, 9. 135, 16. *icthyophact (= °phagi)* 240, 1. *coicit (= cogit)* 240, 2. *licneam* 247, 17. *(ch = g: spachnos* 107, 6.*)*.

c pro *n: sicc (= sine)* 69, 22. *caeco* (= *caeno*) 217, 2.

c pro *t*: *cum* 83, 18. *quinec* 92, 14. *cert(i)am* 93, 12. *myrticen* 209, 24.

d pro *c: ad* 55, 26. 134, 23. — *d* pro *n: quodam* 18, 20. *aradeosa* 23, 20. — *d* pro *t*: *idem* 23, 6. *expedit* 159, 12.

d om.: *quo(d) fit* 14, 20. *a(d) crura* 71, 20. *quo(d)* M¹ 190, 3. — *d* add.: *quod* M¹ 61, 1. *quod fac.* 220, 15.

e pro *i: uberrime* 20, 25. *calceatu* 69, 22. *foleis* 141, 12. *Eumenes* 145, 8. *principe* 155, 14. *invenire* 161, 26. *destincti* 163, 6. *venosa* 163, 11. *porcellacae* 166, 8. *silvestres* 239, 15. *celeris* (= *citreis* 246, 2. *eam* 246, 14.

e pro *o: colere* 108, 19. *exycedr.* 136, 11. *diligent(i)er* 150, 12. *eleum* 229, 19.

e pro *ae: quedam* 12, 19. *ipse* 18, 21. 24, 5. *q(ue) = quae* 19, 23. 20, 19. *praeparce* 24, 8. *nostre* M¹ 86, 7. *ethiop.* 106, 16. 133, 25. *seviere* 109, 24. *Ptolemeo* 145, 9. *oblique* 142, 20 etc.

e om.: *ads(e)verant* 101, 4. *coton(e)i* 162, 6. *sphong(e)is* 173, 20. *tumor(e) olivae* 233, 17. *sthruth'e)is* 246, 21.

f pro *e: fas* 41, 1. *frices* 163, 22. *fave* (= *ea uvae*) 250, 12.

g pro *c: erigaeum* 15, 15. *saltiga* 148, 24. *gubitor.* 170, 2. *grassitud.* 155, 4.

g om: *si(g)nificant* 76, 5. *sta(g)nant* M¹ 145, 17.

h om.: *mitridatico* 86, 24. *ex(h)ortatus* 93, 23. *Partorum* 99, 22. *spachnos* (= *sphagnos*) 107, 6. *ac* 123, 13. *ampitheat.* 147, 8. 148, 14. *Theoprastus* 158, 16. *Amphiloco* 170, 20. *orcitem* 235, 26. 236, 12. *icthyophact* (= *ichthyophagi*) 240, 1. *zizipa* 246, 6. *strutia* 247, 24.

h add.: *thriumpho* 109, 9. *hypericho* 112, 5. *cythisus* 170, 20. *sphongis* 173, 20. *corhalio* 176, 12. *thrasymen.* 252, 18.

h falso loco pos.: *sp*ʰ*ac[h]nos* 107, 6. *carthas* 145, 9. 153, 6. *Aristhomacus* 171, 21. *asphalato* 240, 15.

i pro *a: pretii* (sequente *adicitur*) 119, 1. (*enim*) *inter* (= *ante* 220, 6. *minumi* 232, 14. *ni* (= *nam*) *in* 240, 13.

i pro *e: si* 12, 20. *iam* 16, 5. *generi* 68, 25. *invenire* 71, 25. *livor* 149, 3. *vinis* 156, 23. *capillacia* 173, 13. *miratori* (*inan.*) 197. 10. *vidimus* 216, 15. *voluminevom.* 220, 14. *spongia* 237, 9. *strutia* 247, 24.

i pro *u*: *iniveris* 64, 20. *subeintem* 126, 5. *nix* 140, 23. *inius* 149, 16. *itaque* (= *utraque*) 246, 8.

i pro *l: veiut* 9, 14, *procui* 21, 12. *pinnae* (= *plane*) 71, 16. *muiso* 160, 15. *adiunxerim* (= *ad luxuriam*) 235, 10.

i pro *y; porphirioni* 50, 11. *mixin* 136, 5. *cedris* 137, 4. *brian* 164, 21. *s(i)cionem* 174, 9.

i om.: *pr(i)or* M¹ 18, 14. *certam* (= *tertiam*) 93, 4. *ma(i)orib.* M¹ 108, 23. *v(i)ni* 132, 26. *p(i)ro* 140, 17. *et (i)n* M¹ 146, 16. *Liv(i)ae* 147, 5. *repperuntur* 183, 23. *chamaedry(i)s* 212, 20. *s(i)t* 233, 4. *praetiosora* 240, 12. *erudit(i)ores* 245, 18.

i add.: *quon[i]am* 17, 21. *extremiis faviis* 18, 17. *exempliis* 21, 10. *omnii* 24, 25. *hominium* 38, 23. *carinatium* 51, 16. *v[i]ni* 78, 2. *cedrosiis* 90, 9. *citrium* 156, 8. *anguist.* M¹ 164 3. *scopiis* 211, 16. *candidius* 215, 3.

i pro *lu: incisum* (= *inclusum*) 140, 21.

l pro *i: papillo* 23, 13. *illa* 52, 1. *saltica* 147, 16. 148, 24. *Achala* 164, 14.

l pro *r: luminatio* 50, 16. *alteriae* 51, 26. *colio* 58, 16. *malibus* 73, 6. *felvente* 150, 9. *folinsec.* M¹ 167, 9. *celatis* M² (= *maceratis*) 207, 25.

l pro *t: ullane* (= *ut plane*) 162, 4. *vel* (= *et*) 203, 13. — *li* pro *u: lalidatur* M¹ 14, 13. *linicorn.* 70, 3.

m pro *n*: *impetu* (= *in fetu*) 11, 11 *marib.* 56, 22. *spumae* (= *spinae*) 143, 5. *fervem|te* 150, 13. *gignumtur* M¹ 155, 24. *im* M¹ 185 26. *tamtum* 191, 8. *tamto* 215, 26. *permittiali* (= *perniciali*) 251, 18.

m pro *ni*: *sacopemo* 113, 5. — *m* pro *r*: *item* 36, 20. *probatur* 107, 4.

m om.: *parte* 15, 6. *eiusde* 21, 17. *Media* 91, 11. *mensa* 155, 14. *excedente* 155, 16. *silvestre* 164, 22. *oliva* 174, 23. *sale* 175, 9. *balisca* 188, 15. *navigabile* 200, 21. *vetustate* 221, 1. *amurca* 241, 25. *lana* 248, 7. *creta* 250, 23. Cf. *o* pro *u*. — *intere(m)pt.* M¹ 103, 16. *triu|pho* 207, 6.

m add.: *allatam* 86, 15. *longitudinem* 88, 20. *gustum* 91, 7. *effectum* 98, 8. *foliam* 99, 1. *odorem* 100, 5. *nominem* M¹ 114, 3. *fertiliorem* M¹ 114, 8. *adflatum* 128, 13. *brevitatem* M¹ 140, 25. *longitudinem* 140, 23. *interpolationem* M¹ 147, 12. *odorem* M¹ 159, 11. *censum* 185, 5. *roscidam* 189, 25. *contagionem* 214, 10. *ortum* M¹ 214, 14. *virtutem* 218, 19. *principem* 219, 1. *sanguinem* 220, 16. *eam* 229, 17. — *scambro* 110, 7. *inanimum* 197, 11.

n pro *l*: *nulnum* 37, 1. *nigrum* (= *lignum*) 103, 17. — *n* pro *m*: *secun* M¹ 83, 26. *laricen* 158, 13. *fruticen* 163, 25. — *n* pro *u*: *incundum* M¹ 201, 18. *omnium* (= *ovium*) 170, 22.

n pro *al*: *nis* 158, 6. 233, 22. — *n* pro *as*: *enque* 169, 13. *una* 237, 8. 242, 18.

n om.: *inmesa* 13, 16. 34, 7. *reliqui* 15, 7. *mesura* 34, 18. 233, 13. *mesib.* 41, 4. *mesa* 46, 19. *damna(n)t.* 106, 8. *optinet* 131, 15. *dominatis* 131, 13. *mos* M¹ 156, 6. *ach(n)en* 164, 1. *interpraetatur* 166, 9. *andrach(n)e.* 166, 10. *constat* 203, 25. *inclinatis* 213, 1. *vident* 217, 25.

n add.: *abundant* 133, 11. *pa[n]t[h]eram* 186, 25. *ventustate* M¹ 191, 18. *mentitur* 197, 7. *conquente* 200, 2. *torrentur* M¹ 205, 7. *excoquantur* 208, 18. *candi* 218, 8. *adiunxerim* (= *ad luxuriam*) 235, 10.

o pro *a*: *eorum* 21, 24. *oliis* 25, 19. *demisso* 76, 9. *fabulo* M¹ 102, 14. *aliquo* M¹ 122, 8. *eor.* M¹ 130, 5. 11. *appellatorum* 132, 9. *Judaeo* M¹ 133, 18. *eo* 136, 25. 158, 22. *dicendo* 159, 14. *gaudio* 185, 10. *orborib.* 241, 16.

o pro *e*: *saporo* 132, 26. *solo* 205, 10. *intemporant.* M¹ 199, 3. — *o* pro *i*: *oppido* 99, 6. *oculo* M¹ 150, 3.

o pro *u*: *aequinoctio* (= ^{o}*tium*) M¹ 15, 24. *rotond.* 20, 14. *obrotis* 25, 15. *nigro* (= *nigrum*) 91, 3. *convoluto* (= ^{o}*tum*) 91, 4. *co|herente* (= *cum haer.*) 93, 2. *torrentes* (= *turgentes*) 95, 25. *totum* 103, 19. *corhalio* 176, 12. *solo* (= *solum*) 201, 10. *dicto* 213, 16. *cocumis* 212, 3. *Aegyptos* 221, 2. *spiramento* (= ^{o}*tum*) 248, 16. *autumno* (= ^{o}*mnum*) 251, 6.

p pro *f: impetu* (= *in fetu*) 11, 11. *reperta* 90, 14. — *p* pro *l: ineptum* (= *in altum*) 102, 22. *aptius* 249, 18.

q vel *qu* pro *c: qualescunt* (= *coal.*) 127, 14. *loquique* (= *locique*) 200, 18. *inquoquitur* 240, 7.

q. (= *que*)i. om.: *praeter* 52, 12. *utilitas(que) ervo* 170, 26. *occasus* M[1] 202, 13. *odorem* M[1] 215, 8. *pot[i]us* 218, 15. *coloris* 242, 16.

r pro *a: Brebio* 151, 15. *primam* (= *palmam*) 220, 7. *er* 235, 18.

r pro *l: arvo* 19, 11. *defruente* 54, 21. *fros* M[1] 92, 26. *albueris* M[1] 189, 4. *grand.* 239, 23. *superlectil.* 242, 17.

r pro *m: serper* 44, 18. *medicamentur* M[1] 98, 5. *expeditur* 159, 12. — *r* pro *n*: *urgues* M[1] 66, 6. *nigrum* (= *lignum*) 103, 17. — *r* pro *s: arpalatho* 120, 21. *retortus* 134, 13. — *r* pro *il: utre* 238, 4.

r om.: *verteb(r)a* 70, 15. *ac* (*r*)*astris* 109, 20. *a(r)cturum* 140, 13. *b(r)acchia* 141, 13. *t(r)actu* M[1] 142, 15. *sc(r)obe* 171, 25. *fonde* M[1] 174, 13. *ficum* (= *circum*) 240, 8. *itaque* (= *utraque* 246, 10.[1]).

r add.: *frieri* 27, 4. *postera* 143, 7. *proprior* (18, 13.) 147, 14. 153, 25. 157, 11. *alter* 205, 12. *inter* (= *ante*) 220, 6.

s pro *e: aleas* (= *albae*) 20, 19. *nudas* 72, 14. — *s* pro *f: sine* 16, 19. *steri* (= *fieri*) 240, 3. — *s* pro *i: sta* 131, 1. *insectum* 170, 14. — *s* pro *t: sensil* M[1] 114, 15. *es* (*sec.*) M[1] 204, 12. *dicens* 236, 4.

s om.: *editi(s) tum* 25, 2. *e(s)t* 54, 8. *nigri(s) et* 107, 18. *e(s)t* 110, 11. *gcneri(s) quinque* 113, 12. *alabastri(s)* 121, 11. *coitu(s) et* 128, 17. *differentia(s) cl.* 131, 5. *fructu(s) ext.* 134, 9. *contrari(s) . . . peduculi(s)* 138, 1. 2. *in(s)tar* M[1] 142, 23. *cummi(s)que* 154, 11. *Ciceroni(s) in* 154, 13. *praedicta(s) crisp.* 156, 18. *vastanea(s) teg.* 162, 7. *foli(s) quae* 163, 21. *libra(s)* 164, 16. *suggillati(s)q.* 168, 17. *in(s)trum.* 168, 20. *ipso(s) inv.* 175, 5. *laxita* 185 ,1. *Clusini(s) cop.* 192, 20. *proventu(s) occ.* M[1] 202, 13. (*s*)*extar.* 211, 14. *al(ci)biade(s)* 218, 10. *e(s)t* M[1] 220, 22. *samp(s)ucho* 240, 17. *con(s)cii* 244, 16. *nec* (*s*)*pinas* 247, 6. *siccata(s)q.* 250, 22.

s add.: *simile*[*s*] *caud.* 139, 16. *scapo[s]q.* 148, 18. *frumenti*[*s*] *acervis* 157, 14. *alias structura*[*s*] 163, 7. *foliis* 163, 21. *Graecis* 166,

---

1) Hinc 15, 21 ubi Sv. *fractas*, M *factas* habet, haec discrepantia Janum non movere debebat, ut *frictas* coniceret. Nam *fractas* bene respondet Catoniano *contusae* (de r. r. 7, 4, unde Plin. haec desumpsit) cf. *fractae* §. 23. *faba fracta* 19, 40. 20, 56. vid. etiam 12, 70. 105. 106. 34, 171. Praeterea ipsa forma quam Janus voluit non Pliniana videtur, cum Plin. *fricatum* dicat, non *frictum* cf. 13, 99. 23, 124. 28, 188. 31. 119. *confricatis* 29, 31. *infricata* 30, 41. *perfricatis* 28, 190, sicut *fricationem* non *frictionem* 26, 13. 28, 53.

8. *cibis* 169, 16. *radices inter* 210, 14, *orbis int.* 220, 12. *verteres* 235, 11. *causa*[*s*]*e* 237, 4. — *crabro*[*s*]*nes* 25, 17.

t pro *c: taseo* 64, 5. *talceatu* 69, 22. *actensum* 95, 25. *actendentes* 99, 10. *tetero* 128, 7. *Persitam* 140, 15. *putino* 199, 23. [*s*]*tellas* 214, 18. *meditatio* 235, 1. *albiteram* 236, 1. *pite* 243, 15. *tute* 243, 15. *punitis* 244, 22. *permit*[*t*]*iali* 251, 18.

t pro *i: icthyophact* (= *ichthyophagi*) 240, 1. *steri* (= *fieri*) 240, 3. *helento* 240, 18.

t pro *l: steretiora* (= *steril.*) 54, 1. *exitus* (= *exilis*) 55, 23. *vota* 69, 3. *testico* (= *lentisco*) 239, 23. *metilito* (= *meliloto*) 240, 16.

t pro *s: castio* 15, 6. *avet* 67, 11. *arboret* 109, 9. *flavescent* 140, 9. *firmioret* 171, 11. *intucarum* (= *insularum*) 175. 9. *exuperant* 190, 4. *demittis* 214, 9. *tibi* 220, 9. *tale* 238, 19. — *t* pro *x: etcrementa* 23, 18.

t om.: *exor*(*t*)*u* M[1] 16, 24. *ranae* (*t*)*rad.* 22, 6. *es*(*t*). *Juba* 99, 23. *praefer*(*t*) *omn.* 128, 5. *myr*(*t*)*i* 136, 14. *e*(*t*) *hanc* 144. 8. *merui*(*t*) *aput* 218, 21. *continuasse*(*t*) *ap.* 219, 8.

t add.: *fertinae* M[1] 132, 5. *germent* 139, 14. *hieratica et fann.* M[2] 148, 22. *altiores*(*t*) *pl.* 175, 21. *sudanti*(*t*)*a* 215, 7. *minui*(*t*) *det.* 236, 21.

u pro *a: crustum* 10, 9. *utrumque* 136, 3. Cf. *masculus* (*sine*) = *mascula est* 137, 5.

u pro *i*: *inlutae* 24, 12. *nullu*[*m*] M[1] 51, 13. *exitus* (= *exilis*) 55, 23. *insudere* 71, 18. *naru*[*m*]*s* M[1] 73, 2. *funduntur* 126, 16. *spumae* (= *spinae*) 143, 5. *fueri* M[1] 165, 12. *lignu*[*m*] 167, 9. *oleus* 175, 24. *ulla* 195, 10. *gignu*[*n*]*tur* 199, 24. *vinu*[*m*] 218, 15.

u pro *o*: *occisus* 21, 11. *rutund.* 76, 1. 113, 16. 134, 4. 21. 188, 22. *qualescunt* (= *coal.* 127, 14. *pumi* 130, 2. *repertus* 151, 14. *fungusam* 167, 10. *mercatu*|*rus* 196, 9. *nutab.* M[1] 196, 12. *sucus* 221, 6. — *um* pro *o: libertum* 155, 9. *hordeum* 171, 19. *altum* 173, 26. *tantum* 198, 16.

u pro *b: provatum* 15, 14. *vimatum* 26, 18. *voves* 59, 20. *civor.* M[1] 76, 25. *veluar.* M[1] 83, 13. *avest* 104, 20. *sorvi* 139, 23. 209, 21. 249, 11. 250, 5. *puvescere* 166, 26. *viturigiaca* 187, 7. *subvervefact.* 205, 19. *marruvio* 210, 12. *invecella* (= *inbecilla*) 214, 19. *viveret* (= *biberet*) 219, 16.

u pro *y: sibullina* 34, 10. *columbades* 234, 10. *amugd.* 238, 20. *suria* M[1] 246, 8.

u om.: *cardu*(*u*)*m* 95, 5. *in* (*u*)*su* M[1] 100, 8. *a*(*u*)*tem* 112, 3. *optin*(*u*)*ere* 202, 25. *fer*(*v*)*entib.* 236, 26. *fave* (= *ea uvae*) 250, 12. *u* add.: *fuere* 206, 21. *fluuitant* 250, 13.

y pro *i: gyrgyte* (= *gurgite*) 145, 19. *pyris* 209, 18. *thrasymen.* 252,

18. — *y* pro *u: gyla* 42, 2. 9. *cypresso* 98, 22. *gyrgyte* (= *gurgite*) 145, 19. *dryppas* 238, 26. *strytheis* 244, 18.

Vocalem semel ponendam bis posuit: *oodorem* 99, 2. *hii* 102, 26. *oodore* 104, 4. *nullii* 126, 22. *eearum* 131, 20. *aadque* 150, 20. *eessent* 152, 10. *tragaac.* 164, 12.

Litteram vocabulum incipientem bis posuit et ad finem praecedentis traduxit: *et tota* 102, 17. *radicis simile* 149, 16. *commendabilis suco* 141, 17.

Litteram versus praecedentis in initio sequentis repetivit: *inter|r* M¹ 17, $\frac{2}{2}\frac{2}{3}$. *em|mittit.* M¹ 139, 14. *am|mygd.* 143, 13. *Numa|a* 151, 12. *tant|tum* 158, 16. *arbor|r* M¹ 159, 10. *om̄|nibus* 169, 21. *cens|sum* 185, 4. *antiquissim|mo* 198. 5. *exp|pr.* M¹ 206, 13.

Consonantem bis ponendam semel posuit: *ile* 9, 5. *foliis (s)alem* 98, 12. *autem (m)axime* 112, 3. *appe(l)|lat* 120, 12. *bra(c)chiali* 145; 19. *oculi(s) sed* 150, 3. *igne(s) sacri* 168, 13. *arboribu(s) set* 170, 11. *potu's) similes* 221, 3. *fulvo(s) sponte* 241, 14.

Syllabam bis ponendam semel posuit: *carnos(os)* 76, 12. *candidi (di)stant* 134, 26. *singulare (re)medium* 208, 3.

Locus litterarum mutatus est: *obtexti* (= °*texit*) 23, 22. *examinato* (= *exanimato*) 25, 16. *auctor* (= *aut cor*) 52, 9. *alterum* (= *lat.*) 52, 20. *intribuit* (= °*buti*) 86, 20. *graetat* (= *ger(mi,nat)* 139, 19. *populites* (= °*letis*) 200, 5. *parere* (= *rap.*) 218, 10. *ceteris* (= *citreis*) 246, 2.

Finis vocabuli in similitudinem antecedentis vel sequentis mutatus est; *maribus quam feminibus* (= *feminis*) 56, 4. *imo* (= *ima*) *alvo* 60, 18. *simiae imbricatae* (= °*ti*) 66, 9. *putrescentibus vermiculus* (= °*lis*) 103, 17. *oleo stacte[c]* 120, 3. *frumenti[s] acervis* 157, 14. *alias structura[s]* 163, 7. *diluenda* (= °*do*) *ut vina* 221, 6.

Saepe syllabae integrae omissae sunt, quas cum minus accurate collegerit Mone p. XXIV., ego hic ponam.

at: *am(at)oris* 176, 17.
ba: abunda(ba)nt 184, 86.
ce: fe(ce)re 94, 1.
ci: gabali(ci) 63, 2. *effii(ci)unt* 133, 5. *Al(ci)biade* 218, 20.
cu: *sec(un)dar.* M¹ 204, 12.
di: can(di)dam 135, 12. *niti(di)oris* 158, 1.
en: inv(en)io 93, 5. *ali(en)arum* 98, 19. *rec(en)tius* 150, 18.
ge: de(ge)nerantis 193, 4.
gu: au(gu)ria 75, 4.
lu: p(lu)rima 188, 13.
ma: (ma)ceratis 207, 25.
mi: graetat (= *germinat*) 139, 19. *ni(mi)a* M¹ 197, 9. *prae(mi)um* 218, 5.
ne: ge(ne,rant 51, 5. *ge(ne,ra* M¹ 221, 1.
no: (no)men 131, 19.
or: e(or,undem 28, 20.
os: s(os)ianus 137, 1.
pi: munici(pi) 192, 20.
re: specta(re)ntur 83, 16.
ri: peculia(ri) 154, 8.
se: credidis(se) 75, 25.
ti: loquacita(ti)s 76, 18. *ampiteatri(ti)ca* 148, 24. *expe(ti)tur* 160, 23. *pro(ti)nus* 187, 26.
tus: Augus(tus) 200, 8.
[*tur: (tur,a* 95, 16.]
ver: (ver)miculo 26, 5.
ul: sim(ul) 243, 17.
um: iter(um) 61, 5.

Dittographiae errore saepe peccatum est. cf. [*est*] *sed* 11, 11. [*quasi*] *quaestuus* 29, 13. [*serra*] . . . *serrarum* 33, 4. *religio*[*ni*] *inest* 67, 14. *membra*[*na*] *anim.* 74, 17. *etenim* repetitum post 42 litteras 97, 4. *[gene] generum* M¹ 102, 18. *utilior[em] med.* M¹ 105, 5. *quandam [quam]* 108, 16. [*a*] *maiorib. fol. ac.* 108, 23. *mollius* [*illius*] *illis* 130, 21. *ita* [*ta*] 130, 10. [*quali*] *qui aliam* 139, 6. *quam* [*in*] *Jones* 139, 24. *nisi* [*si*] 141, 24. *conveni*[*ni*]*t* M¹ 143, 9. *ex gummi* (pro *ulmi*) *vero cummi* 143, 20. [*iam*] *loco pondere iam* 147, 20. *Liviana* [*nam*] (simul abrepto v. *suam*) 149, 20. *autem vel vet.* (pro *autem glutinum nec vet.*) 150, 16. *exgentia* (pro *ingentia*) *exempla* M¹ 151, 3. *sed terra mutatam* [*sed multa*] (omisso v. *praecipua*) 159, 19. °*que* [*ea*] *et aliae* 174, 7. [*in*] *arbores in* 176, 6. *requirenda* [*ea*] 184, 7. *proxime* [*me*]*dic*(*t*)*am* 195, 13. *regenerasse* . . . [*re*]*feberatur* 219, 11. *ut ventum ut* (pro *inventum ut*) 237, 11. *ulcera ulteriora* (pro *inferiora*) 242, 11.

Aliquando etiam plures errores confluxerunt, quemadmodum 35, 12 *iussit* scriptum est pro *lusit.* 71, 16 *pinnae* pro *plane.* 103, 17 *nigrum* pro *lignum.* 102, 22 *ineptum* pro *in altum.* 162, 4 *ullane* pro *ut plane.* 170, 22 *omnium* pro *ovium.* 175, 9. *intucarum* pro *insularum.* 185, 19 *egrege* pro *egregii* (ortum ex scriptura *egregi* qualiter nomin. plur. substantivorum in *ius* exeuntium saepe in M scriptus invenitur vid. *ali* 151, 22. 163, 20. 26 bis. 169, 2. 25. 173, 11. 238, 9. 10 bis. 239, 2. 12. *Voconti* 205, 3.) 239, 23 *testico* pro *lentisco.* 243, 2 *fructuosis* (= *fructus.* ortum ex *fructuus* et dittographia postremae syllabae.) 245, 9 *Nili* (dittographia ex *nihil* versus praecedentis). 246, 8 *itaque* pro *utraque*, quales errores latius serpentes, quomodo orti sint, ex errorum conspectu quem paulo ante posui nunc facile cognosci potest.

Sed sunt loci ubi Janus in M suspicionem interpolationis iniecit ceteros codd. praeferendo. Verumenimvero quid tandem fidei auctoritatisque illorum codicum testimonio adrogabimus adversus eum codicem quem alioqui lectionum praestantia magnopere eos vincere cognovimus? An mirabimur, inter tot mutationes passim etiam tales inveniri quae facile adridere possint? Sed ut hoc loco illud accuratius exigam, quod iam p. 3 sq. dixi, Janus qui plurimis locis principatum codici rescripto tribuit, haud raro ita eum deseruit ut mihi quidem causa deserendi non manifesta esset. Nam qui 13, 100 ex M scripsit *tradidit*, ubi praesens historicum quod ad (Sv) praebent elegantius videri poterat, qui 13, 131 *Democritus atque Aristomachus* cum M posuit, quamquam omissa in ad copula Pliniano usui non refragatur, qui 11, 68 (*apes*) *effecto opere, educto fetu, functae munere omni* M secutus est, ubi scriptura RΘTd *functo* satis placere poterat, qui cum M 11, 36 *nisi*

(*ni* Rd) scripsit, 14, 111 *et radice* (*et* om. Sv. = ad), 15, 38 *iam* (*omnia iam* Sv. = ad) et sic saepe similiter, quamquam his omnibus locis, si per se spectantur, M potius quam reliqui codd. interpolatus unicuique videbitur, idem 14, 60 spreta codicis M lectione *non procul Timavo fonte, saxoso colle* scripsit *non procul a Tim. f., saxeo colle*, quamquam Plinius *procul* et cum praepositione *a* iungit (vid. 2, 227. 3, 115. 124, 4, 53. 73) et simplici ablativo (vid. 2, 208. 3, 21. 53. 62. 128. 4, 51. 13, 136. 14, 69. 31, 28. 36, 75 [ubi d similiter peccavit]) et forma *saxeus* (vid. 12, 10. 36, 76) aeque utitur ac forma *saxosus*. (vid. 5, 84. 15, 24. 20, 13. 255. 21, 175. 25, 110.) — 14, 80 nullo omnino discrimine in M *defrutum vocatur*, in ad (= Sv.) *defrutum vocamus* legitur, sed J. hoc praetulit, quamquam 15, 9 ex M *intellegitur* scripsit, cum ad (= Sv.) *intellegimus* habeant. — 14, 83 J scripsit *est etiamnum aliud genus eius*, quamquam *eius* in M deest et adparet hoc verbum, per se non necessarium, hoc loco aeque facile et addi et omitti potuisse. — 14, 131 M *per sese* exhibet, J. cum Sv. (= ad) *per se* posuit. at *per sese* legitur etiam 17, 51. 33, 23 et cf. praeterea *ab sese* 33, 73. *ex sese* 36, 157. *in sese* 13, 30. *inter sese* (vid. Sill. ad 33, 6, 8, 203. 12, 92. 14, 134. 17, 70. 115. 27, 7. 33, 6. — 11, 66. J. scripsit *oleo quidem non apes tantum sed omnia insecta exanimantur* deserto M qui *non tantum apes* exhibet. At de collocatione v. *tantum* cf. 11, 124 *in multis (generibus) tantum maribus (tribuit)*. 11, 269 *bubus tantum feminis vox gravior* (ubi similiter d peccavit). 12, 99 *nostro orbi tantum nominibus cognita*. 12, 102 *unguentarii tantum cortices premunt*. 13, 33 *tantum cacuminis filo adhaerens*. 13, 35 *tantum pulvere insperso*. Etiam in indice libri XI. (p. 2, 24 Mone.) ceteri codd. *ab altera tantum parte* exhibent, ubi scriptura M *ab altera parte tantum* Pliniano usu satis commendatur. vid. 12, 6 *umbrae gratia tantum*. 15, 26 *e bacis exprimunt tantum, alii foliis modo*. 33, 147 *nec copia argenti tantum furit vita* (SB. *tantum arg.* VRdh$\beta\gamma$.) Et verborum locum contra reliquos codd. Janus ex M mutavit etiam 11, 168 *amittit binos*. 11, 277 *infici natura*. 12, 80 *sunt ligni*. 12, 81 *styracem in follibus petunt hircinis (urunt styracem in pellibus hircinis* Sv. = ad.) 14, 97 *quo tempore primum*. 14, 150 *in eo vita*. Sed 14, 83 cum ad (= Sv.) scripsi *mergunt e lacu protinus in aqua cados*, ubi M exhibet *protinus cados aqua*. (*mergere* cum ablativo iunctum est etiam 13, 57 *caesa statim stagnis mergitur*. Liv. 1, 4 *aqua languida mergi*.) — 13, 100 *paulum* ex ad (= Sv.) praetulit verbo quod in M est *paululum*. cf. 4, 1. — 11, 263 *mares in omni genere fortiores sunt*, J. cum Sv. *sunt* omisit. Similiter 12, 6 *platanus haec est* SJ, Tad secuti, omiserunt *est* quod in MΘ legitur et Urlichsio quoque probatum est. Contra 12, 61

praecipua autem gratia mammoso et 15, 5 *invictus error et publicus*, J. cum Sv. addidit *est.* Sed 13, 135 *refertus est.* contra ad S. ex M addidit *est.* — 13, 122 *sicuti distinguimus* et 14, 7 *sicuti nec* J. contra M, quocum priore loco et d consentit, *sicut* scripsit, quamquam 14, 37 ex Md contra S. scripsit *sicuti Labruscae.* ut omnem dubitationem amoveam, legitur *sicuti nec* (SvJM) 13, 119. *sicuti neque* 2, 216. — 15, 28 *castaneis ac sesima* J. (Sv.) posuit *et* pro *ac.* 15. 38 *inclusa ac simulacris imposita* omisit *ac* et ibid. *odoratissima et in saepibus nascentia* omisit *et.* 11, 67 *non secus ac pigras et ignavas*, pro *et* posuit *atque*, quae omnia cur facta sint non video, praesertim cum et 13, 111 *atque* ex M mutaverit in *ac.* — 13, 124 *decepti eo quoniam* J. *eo* cum M noluit omittere, at vid. 3, 128. — Similiter 14, 5 *postquam senator censu legi coeptus, magistratum ducemque nihil magis ex ornare quam census*, cum M v. *magis* omittendum erat, quo omisso oratio vividior fit. Quod cum ex dittographia v. *magistratum* ortum videatur, maiorem etiam fidem, quam qua hic opus erat, J. 13, 124 codici M addidit *sed* et *etiam* cum illo omittens. — 11, 188 *Pauca eum habent aquatilia. at cetera ova parientia exiguum spumosumque nec sanguineum* non est cur *que* quod in M legitur omittatur neque cur *at* (Dalec. γ Jv.) vel *ac* (RdS.) contra M addatur. — 11, 244 *pollex binos* (sc. articulos) *habet et digitis adversus universis flectitur* omittendum erat cum M *et.* — Contra ex eodem 11, 43 *In Italia hoc idem a vergiliarum exortu faciunt et in eum dormiunt*, addi debebat *et.* — Ne longus sim, enumerabo nunc breviter alios locos, ubi M sine causa a Jano mihi desertus videtur, additis iis tantum plerumque verbis in quibus J. a codice rescripto recessit: 11, 65 *fila araneosa alarum maxume e lanugine obtexit* (*e* om. SvJ.) — 11, 71 *Et fetus ipse inaequalis ut barbaris* i. e. qualem barbarorum fetum esse oportet. cf. interprett. ad Nepot. Ep. 5. 2. (*et barbarus* SvJ.). — 11, 79 *araneorum natura digna vel praecipua admiratione praecipue* RTdSJ. Cf. *praecipuus* pro adiectivo usurpatum 3, 5. 54. 122. 11, 227. 239. 240. 12, 32. 118. 13, 41. 44 bis. 45. 128. 33. 58.) — 11, 176 *qua cibus atque potus devolant* (sic et Θ. *devolat* R¹TdSJ.) — 11, 184 *augeri id per singulos annos et binas drachmas ponderis ad quinquagesimum annum accedere* (*annum* om. Rd¹SJ.) — 11, 212 *senescunt quoque* (*que* SvJ.) *celerius praepinguia.* — 11, 250 *inest et aliis partibus quaedam religio, sicut in dextera: osculis aversa adpetitur* (*sicut dextera osculis* SvJ. Cf. 11, 10 *illa non certis inest membris, sed toto in corpore.* — 11, 270 *primus* (*primo* RΘTdSJ) *sermo anniculo.* — 13, 107 *cui fructus in capite papaveri similis*, in M *cui* deest, immo Θa ita habent ut proxime praecedens *que* omiserint. — 13, 114 *est similis oleastro, foliis angustioribus, myrti magnitudine, semen colore*

et specie farris (*semine*, *colore* SJ. Sed similiter variatum est 12, 32 *macir . . . advehitur*, *cortex rubens*, *radicis magnae*. 13, 124 *ferula foliis feniculi*, *caule . . .*, *semen quale ferulae*, *radix candida*.) — 13, 127 *Marmaricum cappari volvis et omnibus inflationibus inimicum* (*omnium* Sv. [= ad] J. Cf. 20, 192 *contra omnes durities*. 22, 21 *volvarum omnibus viliis*.) — 13, 132 *si semine*, *madidum*, *aut si desint imbres*, *spargitur* (*et* SvJ.) — 13, 132 *obiterque inter ordines alium*, *cepas seri fertile est* (*et caepe seri* dS. *capessere*: a. *et cepas seri* J. Sed tale *ἀσύνδετον* Plinio non inusitatum est. Cf. 3, 60 *his iunguntur Falerni*, *Caleni*. 5, 12 *cur ebori*, *citro silvae exquirantur*, *omnes scopuli Gaetuli muricibus*, *purpuris*. 11, 212 *quaedam non pinguescunt ut lepus*, *perdix*. 12, 60 *hoc purissimum*, *candidum*. 12, 76 *odore iucundo*, *gravi* [Mad J. *iucunde gravi* TS.] 13, 10 *admixtis omphacio*, *calamo*. *optumum hoc in Cypro*, *Mytilenis*, *ubi . . .* 14, 102 *quo Parthi*, *Indi utuntur et oriens totus*. 14, 104 *ramis . . . decoctis*, *tunsis*. 15, 55 *et esse in iis Tarentina*, *Signina*, *quae alii a colore testacea appellant*, *sicut onychina*, *purpurea*. 19, 62 *ut anethum*, *malvas*. 32, 94 *additis oleo*, *sale*. 33, 73 *hic voce*, *nutu evocari iubet operas*. 33, 92 *ad dolores mitigandos*, *cicatrices trahendas*. 36, 166 *tofus aedificiis inutilis mortalitate*, *mollitia*. Saepe simili modo deteriores codd. peccaverunt, quemadmodum 25, 61 *vetant dari senibus*, *pueris*, Rβ. scripserunt *et pueris*. $\beta\gamma$ etiam 15, 71 *comitatur eam e minimis*. *vilissimis popularis dicta* ante *vilissimis* add. *et*. 32, 41 *item capitis ulcera manantia*, *verrucas* omnes codd. (VRd$\beta\gamma$) praeter B intruserunt *et*. iidemque 33, 38 *dein lavatur conchis*, *siccatur* addiderunt *que*. 32, 43 *testudinem antidotum esse auctor est Pelops*, *seincum Apelles*, V$\beta\gamma$ interpolaverunt *scincumque*. 33, 110 *ad foeditates tollendas maculasque*, *abluendum capillum* dh$\beta\gamma$ add. *et* ante v. *abluendum*. Hinc etiam 14, 99 *radix labruscae*, *acini coria perficiunt* asyndeton videtur defendi posse quod reiecerunt SJ. — 13, 142 *Juba tradit . . . fruticem vocari Isidis crinem . .*; *item alium qui vocatur charilon blepharon*, *efficacem in amatoriis*, J., Silligium secutus, ex ΘTad contra M scripsit *vocetur*, sed Plinius in narrationibus orationi obliquae et accusativo cum infinitivo haud raro indicativum inserit. Cf. Sill. ad 32, 26, add. 2, 109 *herbam unam quae vocatur heliotropium solem intueri*. 4, 94 *quae appellatur Raunonia*, *unam abesse diei cursu*. 5, 9 *Polybius prodidit . . . saltus plenos feris quas generat Africa*. 5, 16 *iunctam Aethiopum gentem*, *quos Perorsos vocant*, *satis constat*. 13, 139 *mirum est*, *nihil gigni praeter spinam quae sitiens vocatur et hunc raram admodum*. ibid. *mirum vivere fungos qui sole tacti mutantur in pumices*. 25, 14 *Xanthus tradidit . . . eadem* (*herba*) *Thylonem quem draco occiderat*, *restitutum saluti*. *Similiter* 5, 15 *decumis se eo pervenisse castris et ultra ad fluvium qui Ger vocatur*, contra opti-

mum cod. A ex auctoritate RDa¹d *vocetur* SJ posuerunt. Hinc etiam 15, 60 *sic etiam crescere amplitudine maiore quam possunt in arbore*, ut Ma¹β exhibent, videtur defendi posse contra *possint* quod SJ ex ΘTa²d amplexi sunt. — Contra 11, 46 *aliqui* (*existimavere apes gigni*) *coitu unius qui rex in quoque appelletur examine*, J cum Sv. scripsit *vocatur*. Cf. 32, 15 *ab hoc naves mergi ad locum Mauretaniae qui Cotte vocetur*. 32, 134 *invenio apud quosdam ostraceum vocari quod aliqui onychem vocent*. 5, 9 *inde sinum qui vocetur Saguti*. — 13, 142 *spatalia ex* (*ex* om. SvJ.) *eo facere feminas*. — 14, 34 *Veniculam Campani malunt scirculam vocare, alii staculam, Tarracina numisianam nullas vires proprias habentem, sed totam perinde ac solum valeat; Surrentinis tamen efficacissimam testis Vesuvio tenus*. SvJ. contra M scripserunt. *efficacissima*, quamquam talis attractio apud Plinium frequentissima est. cf. 13, 51 *Syria habet pruna et myxa, utramque iam familiarem Italiae, sed terra mutatam*. 14, 32 *minor quam marcum appellant, non tam fecundam, sed gratiorem haustu*. 26, 1 *sensit facies hominum novos morbos, tunc quoque non tota Italia, nec per Illyricum Galliasve magnopere vagatos*. — 14, 37 pro *agro Amiterno* SvJ. scripserunt *agro Amiternino*, quamquam S. 18, 131 ex codd. ad *napi Amiterni* scripsit et haec forma adjectivi reperitur apud Verg. A. 7, 710. Martial. XIII 20, 1. Sil. Ital. 8, 414. — 14, 39 M exhibet *fecere aliqui*, SvJ. *aliqui fecere* posuerunt, at eadem verborum collocatio est 2, 179 *ut dixere aliqui*. 25, 54 *miscuere aliqui*. — 14, 39 *magna fama et Veiuleno Aegialo . . fuit, maiorque etiam . . . Rhemmi Palaemonis*, SJ cum cd *Rhemmio Palaemoni* posuerunt, offensi nimirum casuum variatione. sed cf. 11, 208 *vesica nulli nisi sanguineum pulmonem habenti, nulli pedibus carentium*. 15, 26 *quidam e bacis exprimunt tantum, alii foliis modo, aliqui cortici* (MJ. *cortice* Sv.). vid. praeterea 12, 2. 31, 97. 99. 100. 32, 140. — 14, 104 *quod ita e silvestris myrti bacis factum est* (SvJ. *e* om.) — 14, 107 *Aromatiten quoque invenio factitatum, primo ex murra, mox et nardo . .; alibi calamo, iunco*. (S ex a *alii de*, J. *alibi de* scripsit, sed illud *de* certe falsum est (cf. p. 14) nec quidquam obstat quin M sequamur.) — 14, 113 pro *alii* J (cum Sv.) scripsit *aliqui*. — 14, 142 *praemium quam summum* J (Sv. posuit praemiumque summum, sed vid. *quam* apud superlativum 12, 8. 48. 107. 13, 74. 28. 144. 32, 22. 33, 60. 89. — 15, 3 *Hesiodus culturam agrorum docendam arbitratur vitam* J cum Sv. praetulit *cultum*; illud amplexus est U. Cf. Plin. 18, 207 *Hesiodus princeps omnium de agricultura praecepit*. 18, 22. 41, 43. — 15, 5 *quin et ex eo prima unda preli lautissima*. J cum Sv. posuit *laudatissima*. cf. 13, 3. 39. 14, 92. 16, 67. Similiter 19, 145 pro *lautissima* T scripsit *laudatissima*. — 15, 22 *ex cortinis in labra fundendum ut fraces et amurca linquantur solide* (sic iam Dalec.

coniecit. *liquantur:* a. *liquentur* dSJ. Cf. 2, 222 *quia exhausto inde dulci tenuique omne asperius crassiusque linquatur.*

Aliquando verum etiam elici ex M debet, quemadmodum 14, 146 *iniuria* quod in M est, recte a D. Detlefsenio, ut iam supra memoravi, mutatum est in *sine iniuria.* Atque tales loci facile suspicionem interpolatorum movent, quamobrem hic exempli gratia nonnullos ponam. Et 11, 200 *Aves quoque geminos sinus habent quaedam. unum quo mergunlur recentia, alterum in quem dimittunt maturata,* cum M habent *quaedam unum, mergunt* scribendum videtur *quaedum. in unum mergunt recentia, alterum* etc. cf. 14, 86 *Tria eorum genera: decuma parte . . . subiectis; alterum, quomodo Graeci factitavere.* — 14, 81 *quidam ex quacumque dulci, dum praecocta alba, faciunt,* ex *praecotu* quod M exhibet, scribendum videtur, *praecocua,* de qua forma vid. Schneider. ind. ad scriptt. r. r. sub v. — 14, 140 *Ad hoc pertinent peregrinae exercitationes,* cum. *ad* in M desit, scribendum videtur. *huc.* — 12, 97 *probatur recens maxime et quae sit odoris mollissimi* ex v. *longissimi* quod M pro *moll.* praebet, Jan. coniecit *languidissimi*; facilius etiam mutabitur in *largissimi* cf. 33, 2. 89 et simili modo 12, 117 ΘTad et 11, 26 Θ *longior* habent pro *largior;* etiam in A 3, 119 idem vitium reperitur. — 14, 132 (*vina*) *circa Alpes ligneis vasis condunt circulisque cingunt.* Pro *circulisque* M habet *tectisque,* unde J in scripturae discrepantia coniecit *textis* nescio retento an eiecto v. *circulis.* Mihi scribendum videtur *condunt tectis* (i. e. domibus cf. 132 ubi opposita sunt *infodiunt terrae* et *alibi vero inpositis tectis arcent.*) *circulisque cingunt.* — Quod 11, 122 in M scriptum est (*nec carnem rite esse, nec cartilaginem nec callum iure dixerimus, verum*) *peculiare datum,* nescio cur J *datum* omiserit. Nam *datum* etiam alibi pro substantivo poni, lexica docent et Plin. saepe participio perfecti passivi pro substantivo utitur cf. 2, 247 *improbum ausum.* 11, 159 *raplo viventibus adunca* (*labra*), *collecto recta.* 14, 110 *fiunt . . . circa radices vitium sato.* 33, 63 *invento regum.* Quodsi hoc, tamquam Plinio inusitatum substantivum, inprobatur, scribendum est *peculiarem dotem* coll. 11, 239. 12, 42. 13, 44. 96. 14, 33. 32, 64. 162. Illud certe a Pliniano usu abhorret, ex quo aut *quoddam peculiare* (coll. 11, 213 *omnibus animalibus est quoddam pingue*) aut *peculiare quiddam* (coll. 11, 12 *incomparabile quiddam.* 11, 93 *quiddam linguis simile.* 11, 255 *simile quiddam talo*) scribendum erat.

Restant nonnulli loci, qui interpolationis crimen habent, de quibus dicam cum ad secundas manus venero.

§. 7.

De cohaerentia codicum Racd T©D.

Hos omnes codd. quorum signa modo posui, ex uno eodemque archetypo fluxisse satis demonstrat vel magnus numerus interpolationum vitiorumque iis communium quae supra commemoravi quaeque haec repetere supervacaneum est. Nam etsi R et a non ad eundem librum collati sunt (dico enim in hac particula de R qualis l. XI adparet), cognatio eorum ex communi vinculo sequitur quod inter eos codice d efficitur cum quo l. XII.—XV. a, l. XI R fere consentit. Iuvat tamen ad probandam horum codd. cohaerentiam, lacunas adferre, quibus pari modo laborant, omissis iis quae iam §. 3 commemoratae sunt.

11, 30 *(quae) dam . . . utinam* omitt. RTd. — 11, 63 *cum defunctas progerunt* om. Rd. — 11, 58 *melior* om. Rd. — 11, 69 *ac ficulneo . . . foveantur* om. RTd. — 11, 77 *longissimis . . . cruribus* om. Rd. — 11, 187 *amis erit* om. Rd. — 13, 133 *carus . . . frutex* om. ad.

Addam etiam paucos dittographiae errores his codd. communes, ita ut voces falso repetitas uncis includam: 13, 93 ad: *duobus a rege [duobus]* 13, 125 ad: *item [in]* 13, 129 ad: *virit [et]*. 14, 139 *quin immo* (§. 138) . . . *ex his* [*immo*].

§. 8.

De fide atque auctoritate codicum Rd.

Postquam de horum codicum auctoritate atque communi origine in universum disputavi, restat ut de singulorum fide agam. Sed hac in re crisis Pliniana difficillima est, nam, ut statim meam sententiam aperiam, omnes hi codd. fide atque auctoritate sibi fere pares sunt. Scio equidem, hoc contra vulgarem opinionem dici, cum R et a admodum praestare iudicentur, verum si numerum lectionum quas bonas uterque codex praebet, accurate exegeris, miraberis quam parum hi codd. diversi sint.

Ut hoc probem, ex unoquoque codice maiorem numerum interpolationum quas proprias habet, proferam. Sic 11, 47 *quae enim ratio ut idem coitus inperfectos generet alios* R (S.) pos *coitus* addidit *alios perfectos* quod J. recte cum Md. omisit. Nam hoc ellipsis genus Plinio satis usitatum est. (Cf. Sill. ad 35, 71. Adde 12, 107. 13, 33. 14, 117. 25, 74.). Similiter 11, 234 R habet *pantherae et alia*, sed *et* recte omittunt Md (J.). 11, 60 (*putant apes*) *fucos postea esse nec mella*

facere R novum enuntiatum incipiens scripsit *faciunt*. Singularem numerum in pluralem mutavit 11, 255 pro *in articulo pedis* scribens *in articulis pedis*. 11, 220 *per se tenues* posuit pro *praetenues*, 11, 221 *et missiam* pro *emissus*, 11, 224 *habentē* pro *habent tunc*, 11, 226 *litium* pro *boum*, 11, 244 *perverso* pro *per se vero*, 11, 245 *proceriorum* pro *priorum*, 11, 246 *extrema* pro *interiora*, 11, 263 *sorte faturae* pro *sponte naturae*, 11, 265 *lautissimus* pro *longissimus*, 11, 283 *morbus exuendis* pro *mori esuriendi*. — 11, 187 recte U. *potueritne sine ullo viscere hostia vivere* ex Md restituit (*sine illo* RSJ.). — 11, 198 *non alibi tenuiore cute, ideoque scabendi dulcedine ibi proxuma* nescio cur et J. ex R contra Md *ideo* posuerit. (Cf. 12, 29. 97. 13, 96.)

His igitur locis-et multos alios omisi-d codici R praestat. Sed et ipse d saepe corruptus est. Sic 11, 28 *statuto tempore* falso exhibet pro *stato tempore*; nam Plin. illud pro certo tempore nusquam dicit, (Cf. 2, 48. 56. 97. 105. 106. 113. 124. 220. 240. 7, 40. 11. 80. 173. 223, 18, 291. 19, 108), quamquam deteriores codd. saepe intrudere student, ut d etiam 2, 48. Tad 2, 220. Rd^2 7, 40. T 11, 223. ad 18, 291. — 11, 69 d *praestantes* mutavit in *praestantiores*, 11, 57 *munificum* (*animal*) in *mirificum*. 11, 124 *Africa appellat* interpolatum est in *Afri appellant*. Nescio cur v. *pinguitudo* d displicuerit, sed bis (11, 186. 213) mutavit in *pinguedinem*. — Ut facilius res intellegeretur 11, 250 *fluit* mutatum est in *fugit*. 11, 248 d intrusit v. *articuli*. Idem saepe praefixa verborum mutat. Sic 11, 105 in d *deterendo* legitur pro *opterendo*. 11, 270 *decidit* pro *concidit*. 11, 186 *discessisset* pro *decessisset*. Verba conposita in simplicia corrumpit, 11, 104 *tegunt* pro *contegunt*. 11, 236 *fusum* pro *profusum*.

Quamquam igitur utrumque codicem interpolationibus laborare videmus, tamen paulo maior anctoritas codici R tribuenda est, quoniam mutationes quae consilio et industria factae sunt, non tam violentae et paulo rarius etiam in hoc inveniuntur quam in d. Sed illud probe tenendum est, hac in re saepissime erratum iri et ubi sola haec interpolata codicum familia nobis praesto sit, multa prorsus in dubio relinqui. Nam ut huius rei exempla quaedam proponam, quis umquam 11, 198 *non alibi tenuiore cute humana* ausus esset, cum R v. *humana* omittat, id codicis d auctoritate nisus retinere -- ut revera S. eiecit — nisi nunc M defenderet? aut quis 11, 208 (*saetarum*) *capillamenta*, ut d exhibet, non interpolatum putavisset ex eo quod S. dedit, codicem R secutus, *capillamentum*? Atqui nunc illud M vindicat. Aut quis Silligio non adplausisset, cum 11, 235 ex eo quod in R legitur *s et stracto* scribendum esse coniceret *sed detracto*? Ac tamen codicis d lectio *detracto*, omisso *sed*, nunc etiam in M invenitur. Simili modo per se spectata

admodum probanda est Silligi coniectura 11, 238 ex eo quod R praebet *quorumque* efficientis *quocumque*. Arguitur tamen nunc codice M, qui cum d exhibet *quoque*. Aut quis Silligium vituperasset 11, 196 ex R *semper* scribentem? Sed nunc M demonstrat, d recte *saepe* exhibuisse. Aut quis Silligio non concessisset, 11, 239 cum R recte scribi *lactis*, nisi nunc id quod in d est *lacte*, codice rescripto vindicaretur? Et 11, 247 *omnibus hi (ungues) quibus et digiti, sed simiae imbricati, hominibus lati* recte *sed* in d legi, male in R omitti, nunc M demonstrat, quem cur J. deseruerit, non video.

Cumulavi haec exempla ut quam infirma esset in Plinio ars critica, ubi optimis codd. destituimur, patefieret[1]).

§. 9.

De fide atque auctoritate codicum ad.

Hoc magis etiam in iis libris accidit, ubi soli a et d conlati sunt. Nam quod codici R invitus concessi, ut quamquam ipse magnopere conruptus, tamen fundamentum artis criticae esse deberet, hoc horum neutri concedere possum, etsi SJU eo inclinare video ut codici a principatum permittant. Sed ut illud extra dubitationem ponam, per longiorem aliquam partem lectiones utriusque codicis iuxta conlocabo, bonis lectionibus asterisco notatis. Exhibent igitur 14, 130—150 (ubi c deficit).

	a	d	M
130.	*lamina*	*lamna*	*lamnae**
	plumbea	*plumbeae**	
	*colos**	*color*	
131.	*inter re-*	*inter li-*	
	liquores	*quores**	
	mulces-	*muces-*	
	cere	*cere**	
	tam ex	*faex**	
132.	*liniceis*	*ligneis**	
	arcend	*arcent**	
	staterae	*stetere**	
	stupens tan-	*tantum*	*tantum*
	tum	*stupens*	*stupet**
133.	*tepre a*[1]	*terrae**	
	(tem-		
	pore a[2]*)*		
	ardent	*arcent**	
	sterculi-	*sterqui-*	
	*nia**	*linia*	
134.	*nec*	*ne**	
	*dein**	*deinde*	
	ea sar-	*e sarmen-*	
	men-	*tis**	
	tis		

1) Simul necessitas adparet, in his libris illius interpolatae familiae archetypi quam plurima apographa anquirendi et conferendi. Respicio inprimis codicem Par. a.

	a	d	M
	om.	*cellas* *	
135.	*aut* *	*ac*	
	defruto *	*defricto*	
	pisa veteri	*pisave iri* * (?) (?) [1]	
	Bruttia * [2]	*bruma*	*brutia*
	triste *	*tristis*	
	colos *	*color*	
136.	*defruta* *	*defricta*	
	sub divo	*sub diu* *	
	imbre ventis *	*in praebentis*	
137.	*potum*	*potus* *	
	ubi dedistis	*ubi deditis*	*ob id editis* *
138.	*conspiciuntur*	*conscipiuntur*	*concipiuntur* *
139.	*balneis*	*balienis*	*balineis* *
	nudos	*nudosque* *	
	plene	*plane*	*plena* * [3]
	humanum corpus	*corpus hum.* *	

	a	d	M
140.	*repandi*	*nefandae*	*repandae* *
	diis placet	*displicet*	*dis placet* *
	et emitur	*emitur* *	
141.	*licentur* *	*licenter*	
	mortifera	*mortifere* * †)	
	iam *	*om.*	
	attributo	*attributa* *	
	vino *	*om.*	
142.	*hic*	*hinc* *	
	pallore	*pallor* *	
	fere	*om* *	
144.	*e* * (?)	om.	
	senatum	*senecta* d^2 *	
		(senecto d^1*)*	
	saevo alias	*Scaevola sed*	*saevo alia*
	et		*et* * [5]
	ipsa	*ipsi* *	
145.	*dilectum* * [6]	*delectum*	
	degenerasse	*regenerasse* *	
146.	om.	*praeterea* *	

1) Quod SJ scripserunt *pisa veteri* omnino non intellego. Unde enim ille accusativus vel nominativus *pisa* pendet? Praeterea ablativus *veteri* alienus est a Plinio, qui *vetere* dixit. vid. Charis. I 21, 233 p. 85 L.: *vetere; vetere vino, Varro de actionibus scenicis tertio, non veteri*, quae regula desumpta videtur ex Pliniano dubii sermonis libro sexto. *vetere* legitur 3, 138. 19, 118. 20, 8. 24, 172, 29, 133. 32, 70. 89 bis. 110. 118. 33, 78 et *veteri* ex optimis codd. in uno M conparet 15, 32 qui quam saepe *i* pro *e* exhibeat, supra demonstratum est. Hinc etiam 3, 116 *veteri* quod SJ ex Harduini coniectura scripserunt (RA *vetti*, d *veteti*, β *Vecteri*) non recte emendatum esse censendum est. Hoc loco in M *peitaveri* vel *putancri* legi posse, Moneus ait, ut scribendum arbitrer *pistave iri*. Cf. Colum. r. r. 12, 27. 28, 1. Plin. 14, 128. Ablativum *iri* tuentur codd. ad (= Sv.) M 15, 30.

2) duplicem t exhibent M 15, 31. R 3, 71. 86. A 3, 98. a 19, 141. Va 24, 37. Praeterea Sv. 3, 5. 38. 72. 14, 127. 16, 53. Sed 15, 56 S ex Pintiani coni. *Bruttiani* scripsit, cum in a *bruta*, in d *brutae* legatur.

3) Sic recte U., dum SJ. cod. a sequuntur.

4) vid. p. 15.

5) Vid. de Leutsch Philol. 12, 179 not. coll. Detlefsen in Jahni ann. 77, 668.

6) Quamquam SJ *delectum* scripserunt, non dubito quin id quod Ma exhibent *dilectum* verum sit. Nam cum antiqua scriptura fuerit *deiligo* (vid.

a	d	M
diligenti *	om.	
bibendum	*bibendi* *	
Ciceroni	*Ciceronem* *	
om.	*Agrippae* *	
147. *patria*	*patris sui* *	
sua		
149. *e fruge*	*et fruge*	*fruge* *
150. *CLXXXXV*	*CLXXX*	*centum octoginta quinque*
in	om. *[1])	

Hinc luculenter adparet, codicem a in universum codici d non praeferendum esse; nam quod his paragraphis d fere duplicem numerum bonarum lectionum praebet, ne ego quidem premam, cum hi codd. sibi non constent et modo hic, modo ille per paucas paragraphos praestet.

Illa unica lex in usurpandis his codd. statui potest, ut in collocatione verborum codici d nulla auctoritas tribuatur; nam hac in re pessimus est, quamquam aliquando etiam hanc legem fallere demonstrant loci quales sunt 11, 223 — ubi S ex R scripsit *viro praetorio*, nunc ordo verborum in Td servatus *praetorio viro* ab M vindicatur — et 14, 132 — ubi ordo verborum quem a praebet *stupens tantum*, praelatus ille a Silligio ordini qui in d exstat *tantum stup.*, nunc ab M coarguitur. Similiter M docet, recte d exhibere 11, 264 *nudae* (*caudae*) *hirtis*, *ut apris*, *parvae villosis*, *ut ursis*, *praelongis saetosae*, *ut equis*, quo loco Janus, ut cum S. (= R) *saetosae praelongis* scriberet, insolentiore verborum collocatione motus videtur. At similis chiasmus est 2, 204 *avellit* (*natura*) *Siciliam Italiae*, *Cyprum Syriae*, *Euboeam Boeotiae*, *Euboeae Atalanten et Macrim*, *Besbicum Bithyniae*. 4, 9 *Corinthiacus hinc*, *illinc*

Claudiae epitaph. Anthol. L. IV 147, 4), utramque, et *deligo* et *diligo* fieri poterat. Et huius vestigia multa relicta sunt. Nam *dilectus* (subst.), ubi de militibus conscribendis agitur, apud Livium saepe invenitur (vid. Alschefski ad Liv. 6, 26), in Taciti codd. Mediceis semper (Halm. ad Tac. H. 2, 57). Hoc sensu eadem forma legitur in Mediceo Cic. epp. ad fam. XV, 1, 6, in Caesaris codd. ab b. c. I 6, 5 Nipp., a ibid. I 24, 2. 25, 1. 30, 4. 31, 2, apud Plinium 33, 137, apud Sueton. p. 32, 24 R., apud Frontonem p. 317, 5 M. et in codice Vindob. (A) s. IX et cod. Par. (B) s. X Gratii cyneg. 127 Haupt. Cf. Sueton. p. 315, 29 R. et Ruperti ad Sil. Jt. 7, 43. Eo sensu, ut servatum modum significet, *dilectus* invenitur Cic. de rep. I 34, 53, Plin. 7, 180 (d) et 10, 2 (Rd), Fronton. epp. p. 246, 8. 14. 308, 10. Suet. p. 188, 22 R. Ovid. Met. 10, 325 Merk. Sed etiam verbum, quod nos vocamus, *diligere* eo sensu, quo nunc *deligere* usurpant, invenitur in fragmento Enniano ap. Cic. Tusc. I 20, 45 *Argo quia Argi in ea dilecti viri*, Tac. A. 2, 40 *e clientibus duos diligit.* ibid. 6, 36 *Mithridaten diligit.* Plin. 2, 21 *non quicquam diligunt* (Θdg.)

1) Verba sunt *de quo in sequenti volumine dicemus*, et *in* quod SJ retinent, omittunt Md et bene omitti potest. Cf. 12, 56 *Juba iis voluminibus quae scripsit . . . ., tradidit* (Contra 32, 10 *Juba in iis voluminibus quae scripsit . . . ., tradit.*) 13, 84 *Hemina quarto eorum libro prodidit.* 13, 87 *Piso primo commentariorum.* 14, 98 *priore libro.* 14, 121 *ratio proxumo dicetur volumine.* 19, 6 *priore libro.* Adde Sill. ad 36, 122.

Saronicus appellatur sinus. 5, 12 *cum ebori, citro silvae exquirantur, omnes scopuli Gaetuli muricibus, purpuris.* 13, 14 *iris Illyrica et Cyzicena amaracus.* 13, 121 *similis et coccygia folio, magnitudine minor.* 14, 28 *uva eius indecora visu, sapore iucunda.* 14, 42 *vendibiles aspectu, portatu faciles.* 14, 85 *congio mellis et salis cyatho.* 32, 64 *summa montium et maris ma miscens.* Vid. Url. chr. ad 15, 75.

§. 10.

De codice Parisino c.

Transeo ad codicem c, qui folio minore binis columnis scriptus est. (Sillig. praef. p. XIV.) Janus *ex plurium* inquit, *codicum Mss. partibus, ut videtur, compositus* (est), *cuius nonnullae paginae litterarum ductibus Riccardiano tam sunt similes, ut quum eorum librorum, qui in illo desint, partes aliquas contineant, nisi formae essent paulo minoris, ad illum pertinere possent videri* quae Jani verba (observv. aliquot critt. p. 6.) plena exscripsi, ne quis Silligi verbis minus accurate excerpentis in eum errorem induceretur esse hunc codicem re vera Riccardiani fragmentum. Continet l. XIV., partem l. XV., libros XVII—XIX, partes librorum XX—XXII et libri XXXII. In iis partibus quae collatae sunt nullum diversorum fontium vestigium deprehendi, sed omnes fluxerunt ex apographo eiusdem codicis ex quo a originem ducit. Nam cum d in graviore errore, ita ut ab a discedant, fere nusquam consentit, et pauci huius generis loci (qualis est 14, 106 ubi uterque *multi* exhibet pro *musti* et 14, 110 ubi *vocant* pro *vocatur*) facile casui et communi interpolandi libidini tribui possunt. Hinc cum a ei communes sunt lacunae (14, 27 uterque omittit *caeli*, 14, 41 *et*) et interpolationes ac vita scribendi, quemadmodum uterque exhibet 14, 37 *mittitur* pro *metitur.* 14, 38 *munilis* pro *municipi.* ibid. *uvam* pro *suam.* 14, 39 *paria* pro *pariana.* 14, 48 *exspectantur* pro *spectantur.* Passim etiam error qui in a est, a librario c auctus est, ut iam archetypum corruptum fuisse concludendum sit. Sic cum 14, 49 in a scriptum est *notamine* pro *nota mira*, in c effectum est *notaminare.* Saepe etiam c proprias interpolationes admisit, quemadmodum 14, 43 *ostensione* scriptum est pro *ostentatione.* 14, 37 *me vanitati* pro *Mevanatique.* 14, 39 *Italico* pro *Italia.* 14, 47 *relatione* pro *re latinae.* ibid. *passi sunt* pro *passis hae.*

Interdum tamen c meliorem esse quam a ei non mirum videbitur qui interpolandi studium huius codicis cognoverit. Sic c 14, 36 recte habet *tulit*, cum in a scriptum est *tollit.* 14, 104 *fieri docuerit*, dum in a legitur *fierit.* 14, 61 c prope ad verum accessit scribens *Amyclano*

pro *Amynclano* (vid. Jan. ad h. l. et Hertzberg Rh. M. 13, (1858) p. 639), sed scriba d nescio quid cogitans inde fecit *ani sunt clano*.

Etiamsi igitur codicis c usus per se non adeo magnus est, sequitur tamen ex ea coniunctione quam inter a et c intercedere demonstravi, ut discrepantibus a et d, si c codici d suffragetur, ab hoc verisimile sit lectionem archetypi huius familiae reddi, quam legem, in his tam foede interpolatis codd. satis magnam utilitatem adferentem parum Silligius perspexit. Sic 14, 97 *postea alia omnia in nobilitatem venere*, ut S ex a scripsit, potius cum Td *reliqua (omnia)*, ad quod c *liqua* ducit, ponendum fuisse nunc M convincit. Similiter 19, 4 (nam ibi horum codd. eadem ratio est) cum codicis c lectio *procellas ut* commendet eam quam Td exhibent *procellasve*, hanc recte J. recepit, cum S ex a *procellas* scribere mallet. Neque causam esse, cur 14, 35 pro eo quod in MTcd legitur *potentissima* ex a *potissima* scribatur, iam supra (p. 13.) significavi. Quod J 14, 95 *sicut adparet ex illo comici versu*, relicta lectione a Silligio ex cd usurpata *comico* a secutus scripsit, haud scio an typothetae vitio tribuendum sit, nam in scripturae discrepantia omittitur. Et Plinius haud raro adiectivum aliquod substantivo ita adponit, ut adiectivum vice eius subsantivi unde derivatum est fungatur. Exemplis a Silligio ad 35, 159 collatis adde 3, 103 *Hannibalis meretricio amore*. 7, 125 *militaris inprudentia*. 9, 94 *navigera similitudine*. 12, 23 *silvosa multitudine*. 12, 95 et 13, 80 *pedali mensura*. 13, 71 *bracchiali crassitudine*. 19, 1 *sideralis scientia*. 25. 63 *querna similitudine*. 26, 151 *muliebribus morbis*. 36, 164 *operarios lapides*, cuius usus oblitus Sill. 14, 140 *pectorosa cervicis repandae ostentatio* coniecit *torosa*, at vid. U. ad h. l. — Neque 19, 3 U (in chr. coll. Jahni ann. 77, 491) dubius esse debebat, utrum cum d *proxima* (vel potius *proxuma*) an cum a *post XV* scriberet, cum illud c *p' XV a* confirmet.

E contrario soli c, a ceteris codd. discrepanti, nihil fidei tribuendum est. Quamobrem 14, 97 *postea ergo reliqua omnia in nobilitatem venere et circiter septingentesimum urbis annum* SJ, c secuti, *et* quod Mad tuentur omittere non debebant. Saepe enim Plinius *et* pro *et . . quidem* utitur, cuius rei paucis exemplis quae Sill. ad 35, 32 dedit, adde 2, 212 *bis lunae adfluunt bisque remeant, et primum attollente se cum ea mundo*. 2, 236 *montes flagrant et adeo ut lapides ardeant*. [Cf. ibid. *flagrat mons Chimaera et quidem inmortali flamma*.] 11, 71 *et autumno, non vere omnia ea*. 11, 246 *his . . . praeter genitale–et hoc in maribus tantum–viscera*. 11, 272 *binis et in aversa capitis parte oculis*. 12, 5 *Alpibus coercitas et tum inexsuperabili munimento*. 12, 45 *ex iis gallicum et cum radice vellitur*. 12, 77 *peregrinos ipsa mire odores et ad exteros petit*. 13, 2 *cedri tantum et citri suorum fruticum et in sacris . . . nidorem no–*

verant (ubi *βγ et* om.). 13, 14 *pauca his et alia alii miscent.* 13, 28 *genera earum plura et prima fruticem non excedentia.* 13, 36 *seruntur palmae et trunco . . . diviso.* 14, 126 *ut cinere ceu gypso alibi et* (om. *β.*) *quibus diximus modis instaurentur.* 19, 78 *amaritudo plurima illis est et pro crassitudine corticis.*[1])

Sed quam fallax omnium horum codicum ratio sit, novum argumentum est quod vel ed aliquando in communi errore versantur, quemadmodum 14, 110 uterque *vocant* exhibet, dum lectio in a obvia *vocatur* nunc codicis rescripti auctoritate stabilitur.

§. 11.

De codice Toletano (T).

Quemadmodum c cum a, sic T cum d proxime cohaeret. Fluxerunt enim hi duo codd. per duo apographa ex eodem archetypo ex quo item a originem traxit. Cum horum duorum codd., T et d dico, necessitudo in omnibus libris eadem sit, hic etiam reliquos conprehendam, ne postea ad T redire cogar.

Atque illam codicum T et d cohaerentiam probant interpolationes et vitia iis communia, quae in a (et c) non occurrunt. Sic uterque 12, 113 *dimicatumque* exhibet pro *et dimicatum.* 14, 3 *nunc* pro *non.* 14, 29 *differunt* pro *discernuntur.* 14, 33 *nisi* pro *si non.* 14, 96 *dixisset* pro *dedisset.* 14, 79 uterque addit *quoque*, 32, 88 *ad* ante *oris.* 32, 93 in utroque scriptum est *diebus* pro *per dies.* 25, 50 *bibatur* pro *sorbeatur.* 25, 58 *dedit* pro *datavit.* 25, 62 *quam* pro *unam* 25, 63 *gustu amara* pro *gustus amari.* 25, 64 *montibus* pro *montuosis.* 34, 2 addiderunt *ob* omisso postea *que.* 32, 134 et 33, 30 omittunt *quoque*, 33, 68 *vocant.* Saepissime etiam in utroque eadem falsa verborum collocatio invenitur. Sufficiant haec exempla, in quibus verum verborum ordinem uterque codex (Td) prorsus immutavit: 11, 8 *indagare dubias.* 11, 68 *sollemnem habent.* 11, 283 *uni animalium.* 13, 38 *accepto nomine.* 2, 222 *in portu dulcesceret mare.* 5, 23 *sinus efficiunt.* 32, 3 *et exhortari suos.* 34, 48 *vocant Corinthia.*

Neque vero desunt loci, ubi T proprio Marte interpolavit. Sic

---

1) Hinc recte J 19, 186 e codd. restituit *salsus tantum e saporibus non nascitur, aliquando extra insidit pulveris modo, et cicerculis tantum.* Et huius usus immemores 15, 61 *Aniciana servari et in passo, sorba quoque et scrobibus* interpretes temere haeserunt et 33, 162 cum B scribendum est *Nuper accessit et Vestorianum ab auctore appellatum et ex Aegyptii levissima parte* ubi SvJ *appellatum. fit ex Aegyptii* . . . scripserunt.

14, 49 in eo legitur *excolebat* pro *colebat*. 14, 64 *autem* pro *item*. 14, 142 *vulnera* pro *ulcera*. 13, 107 *autem* pro *enim*. 14, 51 addit *regiones*, 12, 233 *et*. Atque hinc adparet, codici T, ubi solus singularem aliquam lectionem exhibeat, fidem abrogandam esse, ut, exempli gratia, 2, 60 scribendum sit *eadem stationalis senis mensibus commoratur in signis, alioqui bimestris, et cum ceterae utraque statione quaternos menses non impleant*, ubi SJ cum T *et* omiserunt, quae particula defenditur iis quae p. 37 dixi de *et* idem quod est *et* . . *quidem* valente.

E contrario haud raro accidit, id quod non mirum est in interpolatione codicis d, ut T meliorem lectionem servaverit quam d. Cuius rei ut exempla quaedam proferam, 14, 34 post *imbribus* et 33, 94 post *idem* d addidit *que*. 13, 120 T recte exhibet *sentit si tamen*, d *sentit sed*. 13, 63 *candidae facile putrescunt* in d, postquam *candida* scriptum est, etiam *putrescunt* interpolatum est in *putrescit*, dum T, praeterquam quod levi errore *candide* posuit, verum tenuit. 32, 83 in T bene exstat *murenarum*, in d *menarum*. 32, 114 *atque* male omissum est in d ($\beta\gamma$).

Idem igitur de pretio T valet quod de c monui, scilicet ut discrepantibus R et d aut a et d, si T a partibus a aut R stat, plerumque d aut errare aut coniectura correctum esse sciamus. Quamobrem dolendum est, T non accuratius collatum esse, cum presbyteri Toletani quibus id munus demandatum erat, insigniores tantum lectiones ex illo excerpserint. (vid. Sill. praef. p. XI.)

Huic igitur consensui Ta aut TR maior auctoritas tribuenda est quam S ei tribuit. Sic 13, 135 lectionem Ta *folio lato* iniuria S sprevisse prae d *folia lato* M ostendit. Simili modo 15, 37 *qui* (*candidior*), ut Ta exhibent, confirmatur ab M et adparet *quae* in d interpolatori deberi. Etiam 2, 174 bene Janus, mutata interpunctione, *puncto* ex RTa restituit.

§. 12.

De codice Vaticano D.

Codex Vaticanus D (Sill. praef. p. XIX) saeculo XI vel XII scriptus octodecim libros priores cum parte l. XIX continens collatus est ad libros V 1—135. XIV—XIX 156, sed adeo cum Td conspirat, ut S eius lectiones tum demum adnotaverit, ubi ab illis discedebant.

Atque hae lectiones tam rarae occurrunt, ut operae pretium non esse videatur in iis commorari. Sed alio nomine egregie hic codex de Plinio meritus est, quippe ad marginem passim nonnulla verba habet, quae vere Pliniana in omnibus codd. et edd. desiderabantur, pluribus locis nunc demum a codice M confirmata sunt. Nam 14, 35 verba

quae adhuc in uno D legebantur *e diverso . . . annua* eadem nunc in M exstant, ita tamen ut duo errores emendentur; scilicet in M pro *argeica* scriptum est *arceraca* et post *annua* in M additur *ac*, quod utrumque J recepit. Similiter quae verba 15, 5 S ex margine D recepit, omissa illa in Dad$\beta\gamma$ *in sportis prematur sive*, nunc ab M confirmantur. Eadem manus (D^2) recte, ut nunc M ostendit, 15, 39 post *diversi* addidit *generis*, quod omittunt D^1Tad. Recte igitur S. 15, 67 verba *passas . . . siccant*, omissa illa in ad$\beta\gamma$ ex margine D in textum recepit.[1]) Praeterea D^2 lacunas explet 15, 77 *imperii . . . ruminalis.* 15, 91 *nucum . . , loco.* 15, 134 *oracula inde repetere.* 16, 247 *nisi . . . fertilis.* 18, 23 *auctores . . . viri.* 18, 52 *contra . . . parvas.* 19, 138 *altera . . . pariat.* Simili modo cum 18, 236 D voci *sarcire* ad marginem adscripta haberet *ovium tegimenta incinnare* neque S. perspiceret quid de his verbis statuendum esset, J. recte inde effecit *ovium tegimenta concinnare* et suo loco inseruit. Quae vero 19, 14 secunda manus in D addidit *similemque . . . fructum* in codd. quidem (acd) omissa sunt, sed iam in β exstabant.

Adparet ex reliqua codicis D conditione qua fere cum acd consentit, haec additamenta ex alio codice quam ex quo haec familia originem ducit, inlata esse. Et illud satis dolendum est, ea tam artis finibus contineri. Nam quod Detlefsen nuper speravit (Jahn. ann. 77, 661) fore ut nova quaedam supplementa detegerentur, si quis codicem Vatic. denuo inspiceret, eadem spes iam Jano blandita erat, sed cum Henricum Brunn huius rei causa adiisset, ab illo cognovit, inveniri quidem libris XI — XIII nonnulla adscripta, sed novi omnino nihil. (vid. Jan. de auct. codd. Plin. p. 7 adn.)

§. 13.

De codice Θ.

Transeo ad difficillimum tractatu codicem, Chiffletianum Θ, cuius excerptas lectiones Dalecampius margini editionis suae adscripserat. Hic liber Vezontii adservabatur, sed nunc deperditus est, quo magis dolendum est, quod Dalec. ex illius aevi more selectas tantum quasdam lectiones inde protulit. Nam quamquam quod J. Fr. Gronov. in epistola dedicata ad Joannem Capellanum p. 765 dicit *hae membranae inter exaratos manu Plinios quotquot adhuc collatos accepimus, familiam ducunt*, non recte habet ad nostros codd. tralatum, familiam tamen codicum repraesentat, sed ipse solus ex horum numero notus est. Nam S. (praef. p. XXVII) Harduino adsentiens qui eum cum Parisino d com-

1) Apud Janum typothetae, ut videtur, errore praetermissa sunt.

paravit, prorsus fallitur, cum eodem iure et codicibus Ra conparari possit. Sed Θ, quamquam multa vitia cum Rad ei communia sunt tamen adeo propria bona saepe continet, ut non ex eodem archetypo quo Rad, sed ex archetypo illi ipsi simili fluxisse censendus sit. Ut primum interpolationum communionem demonstrem, Θ 11, 30 cum RTd habet *exsplendescit* pro *exsplendescente* (M), 11, 174 cum Rd *discrete* pro *indiscreta* (vid. p. 11), 12, 61 cum Tad *inope* pro *minore* (Mβγ), 12, 86 cum Tad (S) *conceptum* pro *concentu* (Mβγ J.). 13, 123 cum ad *facilius* pro *facilis*. 14, 41 *Faustino* (cum Tcd. *Faustini* a) pro *Faustiniano* (MJ.). 14, 79 ex Θ adfertur *in sex* (*annis*), ut eadem cum adT interpolatione laborare videatur. 15, 15 Θ habet *in victu* (cum Tad) pro *invictus* (MJ. *in vita* Sv.) 15, 62 *ceu* (cum Σ Tad) pro *diei*. 14, 107 *defectis* (cum Tacd) pro *deiectis*. 11, 51 *nec desunt* (cum RTd) pro *ne desint*. Ibid. post v. *melior* in ΘRTd lacuna est. 11, 80 Θ praebet *interna* (cum Rd) pro *in terra* (M.). 15, 22 *feces* (cum ad) pro *fraces*. 14, 54 *octogenis* (cum Tacd) pro *octonis* (MJU). 14, 87 *propterea* (cum ad) pro *praeterea*. 13, 132 in Θ est *praeferuntur*, cum in Tad legatur *perferuntur* pro eo quod recte M habet *transferuntur*.

Sed ut Θ non vacat interpolationibus sibi propriis — quemadmodum 11, 41 *erithace* exhibet pro *erice*. 11, 71 *manent* pro *araneosae*. 2, 205 *hodieque* pro *hodie* 2, 221 *spirituosum sidus* pro *spiritus sidus*. 3, 6, *partes* pro *provincias*. 2, 75 *pene* pro *prope*. 15, 33 *corporis* pro *oris*. 14, 90 *durisset* pro *dare ut*. 11, 87 *tribuunt* pro *tribuit*. 2, 188 ad v. *minora* addit *maiorave*. 2, 197 post *minus* addit *quippe*. 2, 208 *quae* addit ante *spiracula*, et vel glossematis foedatus est, ut 2, 73 ad vv. *canonicos fallit* additum est *hoc est canonum astronomicorum conditores* — sic etiam haud raro propriis bonis conspicuus est. Ita 11, 69 cum in RTd verba *ac ficulneo . . . foveantur* omissa sint, ex Θ enotata sunt quae in eo hanc lacunam non exstitisse probare videntur. Similiter 11, 169 *non* quod in Rd omissum est, in Θ legebatur. 2, 193 *alias* quod Rad Rob.βγ omittunt, ex Θ recte SJ receperunt. 12, 6 post *haec* recte habet *est* quod Tad omiserunt. 11, 80 Θ cum M recte habet *et cavernis*, dum Rd praebent *et caverna*. item 11, 104 *deorum* (cum M) pro eo quod in Rd legitur *dierum*. 15 19 in Θ (M) recte legitur *perhibuit* ubi in Td *exhibuit*, in aβγ *praebuit* interpolatum est. 32, 73 Θ bene cum B consentit exhibens *et tetanis* (VRdβγ *in tetanis*.). Similiter 3, 60 cum optimo cod. A consentiens habet *protenduntur*, dum Rd interpolaverunt *obtenduntur*.

Quod igitur usum codicis Θ ad artem criticam in Plinio exercendam attinet, quia et ipse interpolatus solus archetypum interpolatum repraesentat et quia accurate de pretio eius in selectissimis eius lectionibus

statui non potest, Detlefsenio (Jahni ann. 77, 657) adsentior, hunc codicem cum summa cautione usurpandum esse adfirmanti. Quamobrem vehementer dubito, num recte 11, 3 SJ ex eo *adnevit* adsciverint, quae forma nusquam alibi invenitur, cum id quod in Rd exstat *adnectit* potius ad vulgatam lectionem *adnexuit* traducat. Et recte 3, 41 *Jam vero tanta ea vitalis ac perennis salubritas, talis caeli temperies* J *talis* quod S ex solo Θ contra ARdβγ posuerat, omisit, nec probaverim quod J 2, 121 ex Θ scripsit *tantus ille ventus* quamquam genetivus partitivus qui in R Tad Rob. legitur *tantus ille ventorum*, audacior est. Vid. p. 16 et U. ad h. l. p. 23a.

Ubi tamen Θ uni reliquorum codd. adstipulatur, illi haud contemnendus causae patronus exsistit. Quamobrem recte ex ΘR. 11, 34 *magnorum siderum exortu, praeterea solstiti* Sill. coniecisse videtur pro *solstitio* (dSJ), et 11, 197 scribendum est ex MΘd *exta homini . . separantur membrana quam praecordia appellant, quia a corde praetenditur*, ubi SJ ex β, ad quam accedit R *(corde)* scripserunt *cordi*. Sed cf. 5, 48 *donec a tergo praetendantur Aethiopes*. 3, 6 *totoque eius a latere decurrens* (ubi *a* om. Rβγ Jv.). 11, 67 *inlitae ab aversa parte*. 11, 208 *infra alvom est a priore parte vesica*. 13, 22 *quaeso ut qualiter sentiretur ab ea parte corporis?* 11 58 ex ΘMd (U.) scribendum est *quodsi defecit aliquas alvos cibus, inpetum in proximas faciunt*, ubi SJ ex R posuerunt *deficit*. Cf. 11, 28 *quo maior eorum fuit multitudo, hoc maior fit* (MJ. *fiet* Sv–Rd) *proventus. pars quae sibi facere sensit, non adpetit eum*. 11, 65 *fila araneosa, quacumque incessit, obtexit*. 11, 67 *contrahunt sibi mortis causas, cum sensere eximi mella avide vorantes*. 12, 59 *quod in arbore haesit, depectitur*. 14, 33 *vino quoque quod genuit, aestatem non exsuperans*. 32, 141 *paniculae flos, aures si intravit, exsurdat*. 33, 59 *quo saepius arsit, proficit ad bonitatem*.

§. 14.

De codice R in libris XII. XIII.

Quod in Cicerone, Livio, aliis accidisse dolemus, ut operum eorum collectiones propter nimium pretium vix parabiles iam antiquis temporibus in minores partes dispescerentur magnumque inde damnum traherent, idem in Pliniano magni ambitus opere accidisse Symmachus docet qui epp. 1, 24 *si te*, inquit, *amor habet naturalis historiae quam Plinius elaboravit, en tibi libellos quorum praesentanea copia mihi fuit*. Et revera nonnulli nostrorum codicum in mutua sua ratione per varias partes sibi non constant, quod de R et a iam Janus (observv. crit. p. 6 sq.) intellexit. Sed cum Ra variam in diversis libris originem profitentes tamen ubique ex tali codice orti sint, qui ad idem interpolatae

illius familiae archetypum redeat, illud satis mirum est, codicem R in libris XII et XIII artissime cum codice rescripto cohaerere, quod tamen nemo adhuc perspexit. Partim ad verum S. accessit, qui (praef. p. XIV) codicem a nonnullis in libris veluti XII magis cum d conspirare dicit, sed differentia non in a, verum in R posita est. Suspicatus quidem differentiam etiam Janus est[1]), ubi tamen illa cerneretur, non explicavit. Sed res manifesta est. Nam R qui libro XI cum ΘTd et interpolationibus et lacunis consentit, quas M emendat, (vid. §§. 3. 4. 5. 7. 13.) hos codd. libro XII prorsus relinquit. Eum vere illos relinquere neque ab illis relinqui, sequitur ex eo quod ΘTd. et interpolando et omittendo libris XI—XIII sibi constant, R contra multo melior fit, quam l. XI fuerat.

Quam artam codicum R et M cohaerentiam ut demonstrem, primum enumerabo eos locos ubi in corruptela consentiunt, quae in ad corrigitur. Sic 13, 30 uterque exhibet *inter* per dittographiam pro *in*. 13, 63 *utilissimanat* pro *utilis manat*. Communi lacuna laborant 13, 81 ubi *aut etiam . . . deprehenditur* omittunt.

Magis hoc etiam e multis bonis lectionibus adparet, quae, dum cum M conspirant, adeo ab ad discrepant, ut non ex eodem archetypo cum illis nasci potuisse consentaneum sit. Sic R 12, 20 cum M exhibet *triumpho*, dum ad per interpolationem *in* addunt. (cf. *aedilitate* 34, 36. *censura* 33, 57. *principatu* 11, 262. 33, 23. 134). 12, 21 *nunc et exponemus*, illi *non* et *exponam*. 12, 31 *chironium*, illi *chiroum*. 12, 33 *lacrima*, illi *lacrimarum*. 12, 35 *laudatissimum* et *per*, illi *nominatissimum* et *ex*. 12, 36 *scordasti*, illi (et TΘ) *scorti*. 12, 108 *cani* et *quibus*, illi *carni* et *quibusque*. 12, 110 *eius*, illi (et Θ) *est*. 12, 113 *proximum*, illorum ΘTd *proxime*, a *proximae*. 12, 114 *tenue*, illi *tribui*. 12, 120 *incisura*, illi (et Θ) *inclusura*. 13, 31 *gignat*, illi (et ΘT) *gignil*. 13, 34 *nutare*, illi *naturae*. 13, 42 *internon* (pro *intermori* MJ.), illi (et ΘTS) *iterum mori*. 13, 44 *nobilitas*, illi (et T) *nobilitates*. 13, 46 *dactylis*, illi (et ΘT) *iacens*. 13, 55 *medicamentis*, illi (et T) *medicamentum*. 13, 56 *ipso idque*, illi (et T) *idque ipse*. 13, 59 *pomum*, illi (et ΘT) *sed pomum*. ibid. *et ideo*, illi *ideo*. ibid. *statim*, ubi Ta ex interpolatione addunt *placuit*, quod etiam in archetypo d fuisse ex T verisimile fit. 13, 69 *et Saite* illi *estaltem*. 13, 82 *recentius* (M *rectius*) *postea malleo*, illi *postea malleo recentius*. 13, 83 *vatem*, illi *altem*. 13, 84 *effodisse*, illi *offendisse*. 13, 86 *insitos*, illi *in se positos*. 13, 87 *fuisse XII*, illi *fuisse ex his*.

1) „Der Palimpsest stimmt in den ersteren Büchern, namentlich XI, mehr mit den alten Ausgaben, in den weiteren mehr mit den bis jetzt bei uns bekannten Hss. überein". Jan. in Nuntt. litt. Monac. 1856 I p. 44.

Praeterea RM lacunas explent, quae in ad admissae sunt. Nam in illis insunt, quae in ad desiderantur: 12, 18 *Graeciae.* 12, 22 *imi.* 12, 36 *que . . . umidius* (ubi tamen in R non recte *humidas* scriptum est). 12, 105 *qui.* 12, 120 *maleficium . . . lenis.* 13, 17 *inpendio . . decoctis* (R *in pedio*). 13, 18 (*iunco*) *que Syris.* (om. etiam ΘΓ). 13, 43. *qui.* 13, 56 *aliter.* 13, 59 *et.* 13, 62 *nisi.* 13, 65 *fuit.* 13, 69 *certe,* 13, 84 *M. (Varronis.).* Bene etiam haec ab R explentur quae ad praetermiserunt — quamquam ab M in his partibus deficiente firmari non possunt — 12, 29 *habet.* 12, 39 *quadriplice.*[1]) 12, 52 *rupibus . . . dextera* (om. etiam ΣT.). 13, 2 *verius quam odorem.* 13, 10 *similis ratio . . . vino.* 13, 53 *cedrys* (om. etiam βγ). 13, 57 *hoc* (om. etiam βγ).

Denique R interpolationibus vacuus est, quibus ad laborant. Nam hi soli 12, 28 addiderunt *anno (silienti.).* 12, 113 *procerior.* 12, 118 *substituere officinae.* 12, 119 *est,* quae omnia recte J. omisit.

Satis iam, puto, adparuit, archetypum codicis R in his libris diversum esse et ab archetypo codd. ad et ab ipso archetypo, ex quo R libro XI descriptus est.

Praeterea, ut hoc addam, hac conparatione inter R et ad instituta conprobantur ea quae supra dixi de corrupto statu archetypi, ex quo haec familia orta est. Simul ea quae de cohaerentia Θ cum interpolata familia statui, novum subsidium accipiunt.

Patet igitur, ubi M et R consentiant, nisi summa necessitate ab iis non recedendum esse et revera rarissime in errore congruunt. Quamobrem 12, 108 ex MR scribendum est *laus prima candidissimis atque latissimis,* ubi SJ *altissimis* posuerunt. sed. cf. 16, 33 *canos e ramis dependentes cubitali magnitudine odoratos, ut diximus inter unguenta,* ubi Plin. ad illum ipsum locum respicit. — Et 12, 107 ubi S scripsit *Africa hammoniaci lacrimam stillat in harenis suis — inde nomine etiam Hammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor — quam metopion* (*metopon* MTd. *metopona* R. *metapoli* Θa) *appellant,* J interpunctione bene mutata posuit *stillat in harenis suis — inde . . . arbor quam metopon appellant —,* cum MR exhibeant *arborem,* restituendum est *stillat in harenis suis — inde . . . gignitur — arbore quam metopon appellant.* Cf. 12, 127 *panacen eadem* (Syria) *gignit* : . . *ferula* et Jsidor. origg. XVII. 7, 13 *melopos* (sic!) *arbor . . . vocata ex qua profluit lentus succus qui a loco Ammoniacus appellatur.* — Quod 12, 107 apud J exstat *pretium optumi* pro *optumo* (MRS), error typothetae esse videtur, cum discrepantia non enotata sit. Cf. 12, 109 *pretium ei.*

---

1) Scribendum tamen est *quadriplici.* Cf. simplici 25, 74. duplici 2, 242. 11, 233. 14, 150. 34, 125. 36, 181. triplici 11. 59. 33, 84. 104. multiplici 33, 1. 37, 195.

Sed vel maxime auctoritas MR servanda est, ubi aliquis reliquorum codd. ad illos accedit, quod fit 12, 22 ubi S scripsit *ficus ibi exilia* (ad) *poma* (a^2), J *ficus ibi exili* (ex coniectura Jani) *pomo* (MR. *pimo* a^1d). Sed legendum est *ficus ibi eximia* (MRΘ) *pomo* (MR). Sed SJ in errorem inducti videntur, quod illa verba ex Theophr. h. pl. IV 4, 4 *χαρπὸν δὲ σφόδρα μικρὸν* versa putabant, quamquam redduntur illa iis quae §. 23 scripta sunt *fructum crescere prohibet . . . excedens* et sententia in initio posita redit in fine narrationis (*fructus*) *dignus miraculo arboris.*

Consequens etiam illud est, ut libris XII et XIII R, ubi M deficit, longe reliquis codd. anteponatur. Quam ob rem. 12, 16 ex R scribendum est *ad se* pro *ad sese.* — 12, 130 *E vite psythia fit aut aminea, cum sunt* (RS. *sit* a. *sint* dβγ Jv) *acini ciceris magnitudine* R invito Jano desertus videtur. Cf. 11, 53 *cum populus in labore est.* — 12, 131 *colligitur, cum floret, id est cum optime olet.* — Etiam 12, 133 *Omnis* (RS. *omnibus* ΘTad) *autem ex alba labrusca praestantior quam e nigra*, ubi apud J *omnibus* scriptum est, discrepantia cum non indicata sit casu quodam irrepsisse videtur.

Sed intricatior res est, ubi M et R discrepant, cum, utroque vel gravioribus librariorum vitiis haud immuni, saepe dubius haereas utrum sequaris. Nam et R, praeterquam quod his libris valde lacunosus est, saepe vehementius corruptus est, quemadmodum 12, 16 *Maris* exhibet pro *Medis*, 12, 19 *sinit* pro *in.* 12, 24 *sicut* pro *suci.* 12, 36 *praeter ex IIII* pro *praeterea suum.* 12, 107 *quamvis* pro *quam.* 12, 110 *tactu* pro *tactuque.* 12, 114 *robro* pro *scabro.* 12, 118 *sarmentis* pro *sarmenta.* 12, 120 *secunda amcalido* pro *secundus candido.* 13, 21 *faciant* pro *sapiant.* 13, 23 *possent* pro *possemus*; nam ibi *possent* inepte dici iam ante detectum cod. rescriptum Url. in Vind. p. 173 intellexit. 13, 36 *truncū erat* pro *trunco.* 13, 49 *odore* pro *colore.* 13, 78 *cubitorum* pro *digitorum.*

Atqui quoniam his codicibus duas familias repraesentatas habemus, quae, ut mox demonstrabitur, ad idem archetypum redeunt, verisimile est, eam lectionem genuinam esse quam aliqui utriusque familiae codices agnoscunt. Quamobrem, dissentientibus M et R, in universum ille codex melior existimandus est, qui ab alterius familiae codice aliquo confirmatur. Hinc 13, 59 *hieme fetus eius* (MTdJ. *est* a) *nutriente* v. *eius* non cum R (S) omittendum est et 13, 61 *nigritia quoque nihil* (Mad βγJ) *differens a loto* scribendum est. — 13, 72 (*texunt*) *stragula* (M. *strangula* ad. *stragulam* RSJ) ponendum est coll. 8, 226 *cubicularia stragula.* 10, 100 *stragulum molle.* — 13, 87 *libros septem iuris pontificii, totidem* (Md) *Pythagoricos fuisse*, non cum Sv (= Ra) J *totidemque* legendum est. Cf. eadem §. *libros fuisse XII pontificalis La-*

tinos, *totidem Graecos* et 4, 55. 61. 6, 42. 13, 99. 14, 7. 34, 48. — Similiter 13, 50 ex RΘTad *cecidisse* et 13, 61 ex Rad *ex* scripserim, ubi J ex solo M *decidisse* et *et ex* amplexus est. Sed ubi R non nominatim a Silligio allatus est, ex silentio caute concludendum est, quod R aliquando non accuratè descriptus est. Sic 12, 22 ad v. *balnearum* ex R nihil enotatum est. 12, 23 in varietate lectionis ex Tad tantum *plerique* prolatum est, ut *pleraeque* in R exstare putes; sed in commentario critico haec lectio *β* tribuitur. Etiam 13, 13 ad v. *Bactriane* et 13, 43 ad v. *fertilis* lectio R desideratur. Hinc fortasse 13, 46 *in totum arentes Thebaidi* (Sv J: *Thebaidi in totum arentes*), 13, 49 *et Cirenaica* (Sv. *atque Cyr.* MJ), ibid. *Africae* (Sv; *Africa* MJ), 13, 64 *copiaque* (Sv; *et copia* MJ), 13, 77 *premitur deinde* (Sv JU; *prem. ergo* M) nova conparatio codicis R consentientem cum M lectionem praebebit. Sed restant nonnulli loci, in quibus M et R adeo discrepant, ut discrimen librariorum errori nullo modo tribui possit, de quibus §. 16 dicam.

§. 15.

De cohaerentia codd. MR adc TDΘ.

Ex iis, quae adhuc disputavi, sequitur duas codicum familias statuendas esse, quae ex diversis archetypis fluxerint, scilicet MR (ll. XII. XIII.) Margo D et R acd ΘTD. Neque tamen argumenta desunt quae communem horum duorum archetyporum originem demonstrent. Nam inveniuntur passim loci ubi omnes codd. corrupti sunt. Omitto leviorem errorum consensum qui casui facile tribui potest, quemodmodum 11, 62 pro eo quod in codd. inest *spatio* recte J coniecit *statio*, cui tamen consensui nimium tribuit (Nuntt. litt. Monac. 1856. I p. 50), nam P et T saepissime confunduntur. Cf. 13, 85 *Pamphilo* pro *Tamphilo*. Rd 4, 119 *statim* vel *stacim* pro *spatium*. ΘVad 20, 256 *totum* pro *potum*. M p. 129, 25 *cytao* pro *cypro*.

Sed non eodem iure casui vindicantur errores quales sunt 11, 174 *dum meditdtur in de licanda aede Opiferae*, ut in MRd scriptum est, cum Url. Vind p. 174, adsentiente etiam Jano, coniecerit *Opis verba*, aut 11, 232 ubi MRTd *lac volucrum vespertilio tantum est* exhibent pro *vespertilioni*. Similiter 13, 94 in MT ad scriptum est *optima* pro *opima*. 13, 100 in Mad *tradatur* pro *tradaturi*. Error communis etiamnun 14, 8 latet, ubi S. scripsit *(vitium) principatus in tantum peculiaris Italiae est, ut vel hoc uno omnia gentium vicisse quam odorifera possit videri bona, quamquam ubicumque pubescentium odori nulla suavitas praefertur*. Sic Tacd; at illud *quam* nullum sensum praebet (nam quem Harduin. inesse voluit, ut idem esset quod *praeterquam*, is inesse non potest.).

recte igitur J secutus M scripsit *vicisse etiam odorifera*, intactum reliquit v. *quamquam*, quod non intellego scribendumque pro eo videtur *quoniam*. Pubescentium uvarum odorem praedicat etiam Martial. 3, 65 et Sil. Italic. 7, 191 (ubi vid Ruperti.). Error natus est ex sigla qua *quoniam* scribi solebat: qm̃ (cf. Pseudo-Appul. [Sill. Plin. vol. V init.] p. 264, 16. 265, 26 etc. Tac. H. IV 5, 1. IV 73, 3. V 4, 6. A. XIV 28, 2. ed. Halm. et Plin. 16, 78. 17, 132. 31, 28).

In falso verborum ordine codd. (Macd) consentiunt 14, 36, ubi S scripsit: „*Et hactenus publica sunt genera (vitium), aut ex his inter se insitu mixta. Si quidem Tuscis peculiaris est Tudernis atque etiam nominis Florentia. Est opima Arretio talpona*, quae verba corrupta esse etiam S intellexit, sed coniectura quam protulit, et audacior est (*Tudernis atque etiam quae iam cognominis Florentiae est opima: Arretio . . .*) et ab M redarguitur. Namque in hoc scriptum est (*Tudernis*) *adque etiam nomen iis Florentiae* . . . unde Janus (vid. script. discrep. ad h. l.) coniecit: *Tudernis atque etiamnum in iis* (sc. *Tuscis*) *Florentiae sopina*. Sed *atque etiamnum* significat ad maius aliquid procedi (cf. 13, 95 *atque etiamnum silvestri similes folio*. 13, 109, *florem patefacere atque etiamnum insurgere, ut plane ab aqua absit alte.*) quod quomodo h. l. valeat, non video. Mihi verba transponenda videntur: . . . *aut ex his inter se insitis* [1]) *mixta. Atque etiam nomen iis. Siquidem* . . . quemadmodum revera nunc unicuique viti suum nomen additur.

Praeterea omnibus codd. lacunae quaedam communes sunt, qualem J 14, 27 explevit, ubi cum in codd. (Macd) legeretur *Biturigiaca numquam floris obnoxii, quoniam antecedunt*, ille recte statuit post *quoniam* excidisse *non faconium*. Similiter idem recte 14, 100 post v. *dimidium* lacunam statuisse videtur, quam sic fere expleri vult *aquae dimidium additum decoquitur leniter cinere ferventi.*

Sed hi fere sunt loci ubi graviorem corruptelam his duabus familiis communem deprehendi. Et licet hic numerus, quod minime dubito, aliquantum augeri possit, adparet tamen, quam bonum antiquum illud archetypum fuerit, unde omnes nostri codd. descenderunt. Nam ex amplo coniecturarum numero quas contra consententientes has duas famililias SJU protulerunt, multas ego inprobo. Sed cum longum sit neque huius loci, omnes recensere, satis habebo plures refutasse. Sic quod U 13, 69 verba *plumbeis* et *linteis* locum mutare iussit, iam Detlefsen in Jahni ann. 77, 666 recte factum negavit. Neque eam verborum transpositionem retinuerim quam U 13, 74 proposuit, Detlefsen l. c. p. 667 probavit, qua verba *proximarum* . . . *vicenae* ex fine §. 77

1) Sic M. Quod cur J prae eo quod in acd (Sv) inest *insitu* reiecerit, non video.

in mediam §. 75 post v. *ordine* inseruntur. Nam ibi vv. *proximarum semper bonitatis deminutione ad deterrimas* plane superflua sunt, cum idem iam satis v. *ordine* significatum sit (cf. 12, 51 *atque ita ordine*). Quae si suo loco retinemus, non de eadem plagula intellegenda sunt,, quae ex diversi generis chartis misceatur, sed ad variationem fabricandi referenda sunt, ut meliorem chartam mox deterior excipiat. Reliqua verba vero *numquam plures scapo quam vicenae* melius eo loco quem antea habuerunt leguntur, ubi de plagulis inter se iunctis agitur.

Lacunam ultra necessitatem J 12, 24 statuit *ficus Indica fructum cortice mittit admirabilem dulcedine*, ubi post v. *dulcedine* inserere vult *et tanta magnitudine*, quasi non et dulcedo ad satiandum plurimum conferret. Praeterea *satiare* latiore sensu positum putandum est ut sit *libidinem explere eique satisfacere.*

Neque 13, 139 lacunam SJ recte statuisse mihi videntur, ubi Plin. cum dicit *fruticum ipsorum magnitudo ternum cubitorum est, caniculis referta* brevius quidem locutus est, sed haec res ex eo usu, quo Plin. saepissime abstractum pro concreto usurpat, facile explicatur. Cf. 11, 45 *ignavia eorum excitatur ad opera.* 12, 86 *cinnamum nascitur in Aethiopia Trogodytis conubio permixta.* 13, 81. 123. 14, 97. 15, 9. 32, 24.

13, 134 SJ ex *β* scripserunt *(frutex) magno casei proventu, propter quod maxume miror, rarum esse in Italia. non aestuum, non frigorum, non grandinum aut nivis iniuriam expavescit.* At M Θad exhibent *praeterea quod*, ut leni medela scribendum sit . . . *proventu. praeterea — quo maxime miror, rarum esse in Italia — non aestuum* et q. s. Nam *quo* pro *quamobrem, unde* invenitur etiam 2, 221 *quo vera coniectatio exsistit* et *quod* saepe pro *quo* a librariis scriptum est. vid. p. 19 et R 3, 110. *quo[d] fin.* ARd. 3, 140 *quo[d] finit.* Rad 12, 36 *quo[d] grav.* ad 12, 106 *quo[d] brevior.* a 25, 57 *quo[d] larg* VRTd 32, 87 *quo[d] cand.* d 33, 18 *quo[d] facto.* VRd 34, 49 *quo[d] eod.*

12, 98 SJ ex *β* scripserunt *daphnoides et in nostro orbe seritur extremoque in margine imperi qua Rhenus adluit, vivit in alvariis opium sata.* Sed M recte habet *vidi* (quo proxime accedunt ad *vidit*). nam Plin. revera illas regiones visit cf. 7, 76. 16, 2. 156. 158. 19, 83. 31, 20. 32, 20 et saepe proprias observationes profert. vid. 13, 83. 33, 63. 152.

13, 67 upud SJ exstat *Fit et e sarcocolla — ita vocatur arbor — cummis utilissima pictoribus.* Sed M Rad exhibent *et cummis*, ut mutata tantum interpunctione scribendum sit *fit et e sarcocolla* (sc. cummis) *— ita vocatur arbor et cummis — util. pict.* Cf. 24, 128 *sunt qui et sarcocollae spinae lacrimam putent, pollini turis similem, cumminosam* et Dioscor. 3, 89 *Ἡ δὲ σαρκοκόλλα ἐστὶ δάκρυον δένδρου γεννωμένου ἐν Περσίδι.*

13, 130 *Frutex est cytisus ab Aristomacho Atheniense miris laudibus praedicatus pabulo ovium, aridus vero etiam suum*, ut SJ ex Sabellici coniectura scripserunt, Mad exhibent *omnium* et hoc recte habere ita ut sententia sit *frutex* (viridis) *omnibus pecudibus pabulum praebet, etiamnunc aridus subus* patet ex 18, 148 *de cytiso cui et ipsi principatus datur in pabulis, adfatim diximus inter frutices* et inprimis ex Colum. V, 12, 1 *Cytisum in agro esse quam plurimum maxime refert, quod gallinis, apibus, ovibus, capris, bubus quoque et omni generi pecudum utilissimus est: quod ex eo cito pinguescit, et lactis plurimum praebet ovibus, tum etiam quod octo mensibus viridi eo pabulo uti et postea arido possis*, ad quem locum recte Schneider. adnotat, Columellae eundem fontem atque Plinio, scilicit Aristomachum, ad manus fuisse. Similis brevitas in dicendo, quae hic, est 13, 133 *datur animalibus post biduum semper, hieme vero quod inaruit madidum.*

Glossema deprehendisse sibi visi sunt Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 140 et Janus 12, 116 *sucus e plaga manat suavitatis eximiae, sed tenui gutta ploratu.* Scilicit v. *gutta* glossam v. *ploratu* esse arbitrati sunt. Ego cum S leniore medela *tenui guttae ploratu* scribendum puto.

Falsam coniecturam SJ etiam 14, 34 retinuerunt, ubi S scripsit *aestum fert spionia autumnisque et imbribus pinguescit.* J, quoniam *et* omissum est in MTacd, Pintiani coniecturam adscivit *autumnique imbribus.* Sed codd. lectio *autumnisque imbribus* rectissima est, nam etiam alibi Plin. adiectivum *autumnus* usurpat. Cf. 19, 163. 21, 25. 55 *post aequinoctium autumnum.* Ovid. Met. 3, 729 *autumno frigore.* Schneider. ad. Cat. r. r. 5, 8.

11, 57 *fuci utique regem non habent, sed quomodo sine aculeo nascantur, in quaestione est* (sic S), in eandem coniecturam JU ineiderunt, . . . *habent. aequo modo si sine* et q. s. Recte cum codd. *sed* omiserunt, verum illud *aequo modo* (*quomodo* M. *equomodo* R. *aequo modo* d) contra Plini usum est qui in tali re dicit *similiter* (2, 104. 3, 97. 11 169) vel *simili modo* (2, 51. 61. 97. 108. 114. 157. 161. 180.) vel *simili ratione* (2, 39. 80. 13, 10) vel *eodem modo* (14, 82. 112) vel *aeque* (2, 68. 180. 196. 11, 251. 271. 15, 47. 32, 38. 80), nusquam tamen *aequo modo.*[1]) Mihi illud quod S posuit ferri posse videtur, omisso tamen v. *sed.* Cf. 11, 47 *oestrus vocatur hoc malum, quonam modo nascens, si ipsae fingunt* et 2, 57. 164.

Sed nulla in re licentius editores grassati sunt quam in nominibus propriis, inprimis geographicis. Silligius enim, quamquam ipse praef. p. LXVIII Pintiani, aliorum conamina notavit, Plinium cum aliis scriptoribus conciliare temptantium et in Quaest. Plin. spec. I, p. 17 philologi

1) Nescio num apud alium scriptorem inveniatur.

esse ait scriptoris sui verba emendare, non ipsum scriptorem, tamen iusto magis eidem studio indulsit, praesertim in libris geographicis ad Plinium emendandum veteribus monumentis usus. Contra rectissime Janus *ego vero*, inquit vol. I praef. p. IV *illas formas non admisi, nisi ea quae legerentur in codd., ex iis viderentur esse corrupta aut e diversis codd. scripturis omnino nihil esset eliciendum.* Eodem modo de hac re nuper iudicavit C. B. Hase (in Journal des Sav. 1858 Dec. p. 755 sqq.) quaerens quae tandem finis futura sit unum ex altero scriptore corrigendi. Videtur mihi tamen J a lege quam ipse tulerat, aliquando recessisse. Sed quam fallax haec corrigendi ratio sit, paucis exemplis conprobabo. Nam 13, 39 M habet *vocantur autem chamaeropes* (*chameropes* Tad). Easdem arbores Theophrastus, quem in tota hac discriptione Plin. sequitur, appellat h. pl. II 7, 11 *χαμαιῤῥιφεῖς*, unde Harduinus, probatus ille Silligio, coniecit *chamaerepes*. At recte J (discrep. script. ad h. l.) observat, eandem formam quam M praebeat, etiam 24, 130 exstare. — 13, 59 SJ cum codd. (MRTad) *cerauniam* scripserunt, quamquam Theophrastus h. pl. IV 2, 5 *κεραυνίαν* habet. — 13, 114 S ex Dioscoride (4, 107)[1]) *epipactis* posuit, sed *epicactis* codices non solum hic (Mad), verum et 27, 26 et in indice eiusdem libri exhibent. — Aliquando etiam editores ab Harduino seducti sunt, qui passim miro modo unum corruptum locum ex altero corrupto corrigit et deinde priore correcto utitur quasi a principio sanus fuisset. Sic quod SJ 11, 240 ex illius coniectura scripserunt *Centronicae* (dum MRd *Ceutronicae* praebent) nititur nimirum in 3, 135 et 34, 3. At hic B habet *Ceutronum* (V^1 *ceviron.* V^2 R *esseviron.*), illic A *ceutones* (R *Cutones.* Td *Ceuthoes*) et scriptura optimorum codd. *Ceutron.* nunc inscriptionibus confirmata est. Vid. Renier Revue archéologique XVI p. 353—64. Philol. XV 574 sq. et H. M. in Schweizer Anzeiger 1860 nr. 2 = Philol. XVI. 569) Similiter decipi se passus est S 14, 32 (quem tamen errorem J reparavit) ubi Harduinum ad Colum. III 2, 25 provocantem secutus *emarcum* scripsit. Sed apud Schneiderum certe optimi codd. idem quod Pliniani habent *marcum.*

Verum haec sufficiant. nam satis demonstrasse mihi videor multas

---

1) In his libris Plinium inprimis ex Dioscoride corrigere studuerunt. Sed nescio cur Dioscoridi plus auctoritatis tribuatur in re dubia quam Plinio. Nam neque Plinium ex Dioscoride neque Dioscoridem ex Plinio hausisse nuper demonstravit Meyer. Geschichte der Botanik vol. II p. 96 sqq. Sed fontem communem non accuratius indicat, quamquam p. 46. 130 Cratevam et Nigrum utrique communes auctores exstitisse dicit. Mihi ille S. Niger ante omnes ab utroque usurpatus videtur, quo me ducit inprimis Galenus, alioqui Dioscoridis sectator, qui (explic. voc. Hipp. p. 402 Frz) illum inpudenter a Dioscoride exscriptum esse dicit.

coniecturas quas contra omnium codd. consensum viri docti fecerint, reici posse, ut adpareat iure me de bona communis archetypi conditione locutum esse.

§. 16.

De antiquis recensionibus et emendationibus.

I.

De archetyporum recensionibus.

Quod Ciceronis nonnullis libris, Cornelio Nepoti, Vitruvio, aliis accidisse scimus, ut quo magis legerentur, eo magis interpolarentur, idem Plinio accidisse post ea quae in praefatione de multiplici eius usu dixi, non est quod miremur. Atque haec interpolatio in Plinium iam satis antiquo tempore grassari coepit, sed quam maxime dolendum est, cum ad nullius fere scriptoris textus historiam pernoscendam tam multa momenta parata sint, quam in Plini nat. hist., nondum ullum antiquorum scriptorum qui ex Plinio largius hauserint, ad artis criticae leges editum esse. Sunt tamen etiamnunc nonnulla argumenta quibus antiqua interpolationis origo probatur. Nam Martianus Capella, qui circa medium saeculum quintum scripsit, VI 594 (= Plin. 2, 180) iam interpolationem *in Arabia* exhibet consentiens cum Plini interpolatis codd. (R^1Tad. Nam A ibi deficit), cum ibi rectissime (*apud*) *Arbelam* scribendum esse Sabellicus coniecerit. Etiam illud sagaciter et rectissime ab Urlichsio (Vind. p. 31 sq.) demonstratum mihi videtur, interpolationem 2, 226 *in Piceno* inter annum 313 et 399 natam esse. Ita factum est, ut iam Symmachus circa finem saeculi quarti *neglegentem veritatis librarium* quereretur (epp. I. 24).

1.

A.

Hinc emendatores codicum Plinianorum exstitere, quorum duo operam suam professi sunt. Nam in codice Leidensi (A) pone librum IV leguntur haec verba *Feliciter Junius Laurenaus*[1] *relegi* et in M in fine l. XIII. (p. 176) EMENDAV[I]. Sed adparet has subscriptiones a scribis ex archetypis suis tralatas esse.[2] Nam is qui A exaravit,

1) Junium Lucium Aurelianum proposuit Schneidewin. Nuntt. litt. Gott. 1849 n. 181 p. 1805. Junium Laurentium O. Jahn. in Berichte der sächs. Ges. der Wiss. 1851 p. 362.

2) Hoc saepius factum esse Jahn. l. c. p. 328 monuit.

homo ut infra demonstrabitur, stupidissimus fuit, qui sine dubio ne sciebat quidem quid esset emandare. Luculenter vero corruptela in nomine emendatoris conspicua etiam emendatorem traductum esse ostendit. Huius tamen studium intra artos fines constitisse, inde iure concludere mihi videor quod emendationis nullum vestigium deprehenditur. Nam paucae correctiones quae in A conspiciuntur (3, 54 *Nare* Sv. *Narie* A^1. 4, 2, *locus* Sv. *locos* A^1. *lacos* A^2. 4, 22 *Tritiensis* S. *triltnses* A^1. *trittenses* A^2. 4, 39 *Medis* Sv. *Mediis* A^2. 4, 53 *inter* om. A^1. 4, 88 *Neuroe* S, *Neurae* A^1. *Neuroae* A^2.) cum de his nihil omnino S monuerit, ab eodem librario, archetypo suo denuo inspecto, additae esse videntur.

2.
M.

Etiam altera subscriptio, quae in M legitur, ab eodem quidem scriba qui totum codicem exaravit, adiecta (Mone prolegg. p. XXV), ex archetypo traducta est quod Moneus non intellexit. Nam archetypum iam correctum fuisse primum falsi verborum ordines probant. Sic in M inversa serie scriptum est p. 10, 19 *itaque implic.* p. 18, 1 *atque apte* p. 25, 15 *iuvencorum Vergil.* p. 42, 12 *tantum quibus collum* pro *c. q. t.* p. 58, 19 *elephantorum diligentia.* p. 198, 9 *aut fabulosa.* Deinde probant variae lectiones quas in archetypo[1]) inventas in textum recepit. Sic cum in archetypo vera emendatione scriptum fuisset p. 11, 11 SED EST, ille scripsit *est sed.* Similiter duae diversae lectiones iuxta inveniuntur p. 32, 21 *et eodem ex eodem* 41, 6. *opifaerae opiferae.* 41, 1 *appellatur appelletur*, 51, 8 *similis similes*, 56, 6 *tertie* (vel *tertio*) *portio.* Luculentissimum exemplum est 125, 17 *praeconstat*, natum ex *con* *con* *praestat.* (Cf. Lucret. v. l. 6, 124 *concollecta* = *collecta.* Alschefski ad Liv. 7, 19. Madvig. Emendd. Liv. p. 208) Ex correctione archetypi *o* etiam hae lectiones natae videntur p. 58, 20 *tergaora* = *tergara*, 161, 2 *a* *u* *apulustr.* = *pulustr.* et 241, 11 *cruciata vim* = *cruciata i* i. e. *cruciatu in.* Una vel altera harum transpositionum ipsius scribae errori tribui potest;

---

1) Num hae variae lectiones iam per longiorem codicum seriem serpserint, neque discerni potest neque multum refert.

2) Quemadmodum Fl. Eutropius Vegetium *sine exemplario* emendavit (vid. Jahn. l. c. p. 344) et emendator Persii codicis Montepessulani *temptavit emendare sine antigrapho* (exemplar) *suum* vid. Jahn. l. c. p. 322.

diversarum lectionum nonnullae ex dittographia ortae esse possunt, — ex ipsius scribae emendatione ortae non videntur, cum hic quae deleri voluit, punctis subiectis vel traversa linea vel addita littera *c* (i. e. corrigatur) significaverit. Atque emendationes quas supra posui facile sine codicis alicuius ope factae esse possunt. Ut mihi hoc verisimile videatur, facit inprimis locus quem iam §. 6 innui, 14, 107 ***aromatiten quoque invenio factitatum . . . nardo, calamo, aspalatho***, ut recte SJ ex a scripserunt. Jam in MTcd pro ***aspalatho*** exstat ***bitumine***, quod opertum glossema est, natum illud ex falsa scriptura ***asphalto***, (Cf. M p. 240, 15). Sed haec diversitas lectionis in codd. (a—Tcd.) ex uno eodemque archetypo — ut §. 7 docui — ortis nulla alia ratione explicari potest, quam ut in illo duas lectiones exstitisse statuamus, cuius rei alia documenta infra proponam. Hinc verisimile fit, veram lectionem ***aspalatho*** etiam in archetypo codicis M fuisse, ut glossema, ab emendatore scilicet inlatum, postea — id quod saepe factum invenimus — illam expulerit.

Sed haec fere antiquioris emendatoris vestigia sunt quae in M deprehendi, unde etiam hanc emendationem angustis finibus sese continuisse puto.

3

R libris XII. XIII.

In reliquis codd. subscriptio quidem emendatoris non invenitur, sed in illos etiam tales grassatos esse nunc evincam.

Nam ut primum de R in libris XII. XIII. dicam, eius archetypum correctum fuisse, coucludo ex falso verborum ordine in eo passim conspicuo. Sic 12, 115 in eo scriptum est ***vitalia laedite*** pro ***laedi vi-***
cui
talia odit. 12, 106 ***numerosiquis*** = ***cui numerosius***, ortum ex ***numerosius.*** 13, 71 ***non de*** pro ***decem non.*** 13, 75 ***dedit ei*** pro ***ei dedit.*** 13, 76 ***quidem funibus*** pro ***funibus quidem.***

Hae archetypi emendationes ex codice quodam fluxisse videntur, alias emendator ex ingenio adspersit. Namque 13, 63 cum Mad exhibeant ***nec minus spina celebratur in eadem gente***, in R legitur ***syria spina***, ut adpareat ***syria*** glossema esse ad v. ***gente***[1]) falso loco insertum. Glossema deprehenditur in R etiam 12, 23 ***evolant*** pro eo quod in Mad legitur ***emicant.*** nam verisimile est, quod etiam Janus putavit, hoc potius explicatione visum esse egere quam illud. Etiam 13, 58 R glossema ex archetypo transtulit ***nam et illa caudice ipso fert pomum***, ubi R[1]

1) Ipsum quidem glossema falsum est, nam significantur Persae.

pro *fert* habet *fonde fer*, ut *fonde* (= *fundo*. francogallice *le fond*) explicationis causa adiectum videatur ad v. *caudice*. 13, 65 *silvestris fuit et circa Memphim regio*, R post *Memphim* inserit *arbore*, quod glossema videtur ad v. *silvestris*, postea falso loco intrusum. Idem accidit 13, 69 ubi decepti SIU ex R scripserunt *pugillarium usum fuisse invenimus apud Homerum. Illo vero prodente ne terram quidem ipsam totam fuisse quae nunc Aegyptus appelletur intellegitur*. Nam v. *appellatur* omittunt M adet corruptelam latere iam malus verborum sonus inde enascens arguere potuit. Atque glossema illud esse puto ortum ex *appellatur*, quod suprascriptum fuit v. *intellegitur*. Nam si ad v. *fuisse* ex enuntiato praecedenti suppleveris *invenimus*, omnia bene procedunt. Ad *intellegitur* cf. 11, 123. 12, 1. 13, 135.

Sed restant glossemata, in quibus R cum interpolata familia consentire videtur ; nam decernere hac in re non ausim, quia exiguus numerus paragraphorum quas communes M et R continent, momenta quae ad decernendum sufficerent, mihi non suppeditavit. Sed ut in R potius quam in M interpolationis suspicionem conicerem, hi loci fecerunt. Nam 12, 127 ubi S scripsit *laudatur candor eius coacti. sequens pallido statera*, pro *statera* in R legitur *sta*, ut librarius certe illud scribere voluerit. Jam M exhibet *laudatur candorefusco ac sisequens pallido*, omisso v. *statera*. Atque hoc vocabulum aperte intrusum est, nam nusquam eo sensu ut sit pretium, auctoritas, dignitas (quemadmodum Plin. loquitur) invenitur et satis mirum esset, si Plinius in tam multiplici huius notionis usu hoc uno loco illud vocabulum usurpasset. Quid tamen scribendum sit nescio equidem aut certe coniecturam admodum dubiam proferre nolo. — Interpolationem etiam 12, 104 deprehendisse mihi videor, ubi SJ scripserunt *calamus quoque odoratus in Arabia nascens communis Indis atque Syriae est, in qua vincit omnis*. Verba *Indis . . . omnis* R omisit; sed nunc agitur de v. *nascens*. Namque pro hoc M exhibet *nascitur*, et verisimile est in reliquis codd. ex eo enuntiatorum iungendorum studio de quo §. 5 ad 14, 40 dixi, participium intrusum esse. — Eadem de causa 12, 109 *optumum e Canopica* (arbore) . . . *tertium Cypro insula. odoris suavitas quaedam. Hanc esse dicunt arborem quae in Italia ligustrum vocetur* (ut nunc recte J ex M restituit) in Rad *quaedam* in *quidam* mutatum est, ut deinde iungeretur *quidam . . . dicunt*. — Et in interpolationis suspicionem Rad etiam 13, 19 incurrunt *unguenta optume servantur in alabastris, odores in oleo, quod diuturnitati eorum tanto utilius est, quanto pinguius* ubi etiam J *est* ex auctoritate M omisit. Nam in hoc genere omissionis Plin. multum sibi indulget. Cf. 14, 27 *visulla grandi magis quam denso uvarum partu*. 14, 29 *melior vino cum parcior*. 13, 44. 123. — Explicationis causa in Rad (= Sv)

13, 31 *mas in palmite floret* praepositio *in* addita est, quam in M omissam J non debebat adsciscere. Nam solum ablativum ad loci significationem liberius usurpare Plin. amat. Cf. 2, 136 *Italiae quoque partibus iis quae a septentrione discedunt ... fulgurat, quod non in alio situ.* 13, 56 (arbor) *pomum fert non ramis, sed caudice ipso.* 13, 58 (Cypria ficus) *caudice ipso fert pomum et ramis.* 13, 59 *trunco fertilis.* ibid. *plantigera imis partibus.* 13, 122 *calidis locis nascitur.* 13, 140 *cacuminibus rubentes.* 11, 181 *cor medio pectore est.* 14, 136 (coqui debent) *plumbeis vasis, non aereis.* 33, 88 [*in* add. V Rdh$\beta\gamma$] *conchis siccatur.* 2, 43. 3, 135. 11, 78. 238. 12, 69. 13, 56. 58. 90. 100. 106. 141.[1]) — Similiter *in* bis addunt Rd 13, 38 *quaedam in Syria et in Aegypto in binos se dividunt truncos, in Creta et in ternos, quaedamque et in quinos,* ubi alterum *in* adsciverunt SJ, recte omittunt Ma. Nam saepe Plin. praepositionem repetere neglegit. Cf. 5, 49 *arae ibi sunt ab Hercule ac Libero patre constitutae.* 11, 10. 71. 13, 26. 49. 67. 114. 116. 32, 19. 36, 164. — Etiam 12, 33 id quod M exhibet praetulerim. Ibi SJ scripserunt *quo magis mirum est quod eidem* (Herodoto) *credimus, qui Padum amnem vidisset, neminem ad id tempus Asiae Graeciaeque aut sibi cognitum* et adfertur pro *aut* ex Rd *ut,* ex a *haud.* Sed cum M exhibeat *nemini ad id tempus Asiae Graeciaeque visum cognita,* non dubito quin scribendum sit *nemini ... visu cognitum.* Cf. Vergil. A. 10, 447 *obire omnia visu.* Nam praeterquam quod *aut sibi* otiosum videtur, illud quod in M est, Herodoteis verbis 3, 115 *τοῦτο δὲ οὐδενὸς αὐτόπτεω γενομένου* egregie respondet.

Aliud testimonium R propiore vinculo quam M cum Tad cohaerere sunt lacunae R et Tad communes. Nam 13, 58 Rad omittunt v. *similis,* quo carere non possumus (vid. Sill. ad h. l.) quodque exstat in Mβ. Similiter 13, 83 v. *iterum* quod, omissum in RTa, in Md legitur et receptum est a SJU, in d aliunde irrepsisse — sive correctio sive duplex lectio archetypi est — patet ex iis quae de cohaerentia T et d dixi. Etiam 13, 27 ubi pro verbis quae in Mβ recte leguntur, omissis in Tad, *genita nec in alia* R exhibet *sponte et ratio,* et lacuna Tad et verba illa quae in R prorsus sensu vacant, sed litteris aliquantum ad genuinam lectionem accedunt, ita explicari commode videntur, ut in archetypo illas litteras fere evanuisse sumamus. — Et archetypum R correctum fuisse etiam 12, 123 (ubi tamen M deficit) videtur, ubi R exhibet *expedita licere auctorem liquorem,* ad $\beta\gamma$ (S) *expedit augere liquorem,* unde J posuit *expedit licere auctorem,* ut in archetypo sic scri-

1) Hinc adparet, etiam 12, 76 *orepitat in igni* et 12, 108 *in insulis petrisque nati inprobantur* et 12, 78 *nascitur ultra Pasitigrim in finibus oppidi Sostrae,* ut SJ scripserunt, ex auctoritate M praepositionem *in* omitti debere.

liquorem
ptum fuisse arbitremur *expedit licere auctorem*, voc. *liquorem* explicationis causa addito. Quae explicatio etiam in deteriores codd. transiit, omisso v. *licere* et corrupto v. *auctorem* in *augere*.

Sed principales loci qui hanc alterutrius codicis interpolationem probant, ita sunt conparati, ut uter corruptus sit, plane in incerto relinquant. Nam 12, 7 *nec potuisse (platanos) in ampliludinem adulescere* (*adolescere* Θad. *adoles* R) id quod M praebet *augescere*, cur reiciatur, non video et revera U chr. p. 175 recepit, etsi alium locum ubi Plin. *augescere* (quod exstat 2, 219. 11, 283) cum praepositione iunxerit, nunc non invenio, (quamquam conparari potest 16, 248 *amplitudine quidem augentur*) contra *adulescere in crassitudinem* legitur 13, 58. *ad. in longitudinem* 16, 151. *ad. in magnitudinem* 8, 36. *in tria cubita* 7, 76. *in tantum* 33, 39. — Etiam 12, 22 *ut . . . sibi propaginem faciant circa parentem*, ut Sv (= Rad) J scripserunt, *progeniem* quod M exhibet, de plantis non inusitatum est (vid. Colum. III 9, 7 *unius vitis progenies*), quamquam ne huius vocabuli quidem alterum exemplum apud Plinium invenio. — Similiter res 12, 33 in incerto est ubi S, consentientibus Rad praeter paucos calami lapsus, scripsit *contermina Indis gens Ariana appellatur, cui spina lacrimarum pretiosa murrae similis, accessu propter aculeos anxio*, dum in M legitur . . . *pretiosa difficili accessu propter aculeos adnixos*, quorum verborum postremum facili coniectura mutari potest vel in *adfixos*, quod J in script. discr. ad h. l. proprosuit vel in *adnexos* (cf. 3, 50. 58. 4, 5. 32, 47. 11, 53. 178. 199. 202. 204. 209. 263. 28, 111, 32. 139.) Sed scriptura quae in Rad legitur, potest propter v. *adnixos*, altera propter v. *anxio* effecta esse, ut utra genuina sit, plane nescias.

4.

RΘTacd.

Latius emendatio, vel si mavis, interpolatio archetypi patet in illa interpolata quam statuimus familia, et haec quidem recensio ita instituta videtur, ut priorum emendatorum interpolationes conflarentur. Correctionem produnt multae variae lectiones, quarum loculenta exemplа sunt
ca
14, 66 ubi acd habent *circumca* natum ex *circum* et 3, 46 ubi RTd exhibent *interiore ex in parte* (pro *interiore parte*, ut A habet) natum
in
ex *ex* et 29, 106 ubi in VRTd scriptum est *pars portio*. 13, 118 pro *nec non et folio eadem vis* in ad scriptum est *nec non et folio in eodem*,

ut in archetypo scriptum fuisse videatur *folio*. Correctionem simul et quod corrigendum erat transtulerunt Rd 11, 68 *initu*. 14, 115 SJ ex β scripserunt *ista sunt cognitu iucunda, sollertia humani animi omnia exquirente*. Sed in a scriptum est (nam M h. l. deficit) *sollertia humana homine*, in cd *sollertiae humanae nomine*, ut adpareat, *homine* quod in cd in *nomine* corruptum est, glossam esse v. *sollertia humana* et scribendum esse *sollertia humana omnia exquirente*. — 13, 86 pro *insitos* (ut MR habent) in ad scriptum est *in se positos*. Scilicet archetypum ex dittographia habebat *in se silos*, et emendator ex ingenio correxit *in se silos* ut *inpositos* scriberetur.

Passim etiam in uno vel altero codice huius familiae varia lectio evanuit, quemadmodum 13, 59 in MRd scriptum est *statim alterum parit*. Sed diversam lectionem quae in Ta conspicitur *statim placuit alterum parit* etiam in archetypo codicis d fuisse ex ea cohaerentia quam inter d et T intercedere antea ostendi, plane evincitur. Idem accidit 11, 197 ubi R^2TM *quam*, $R^1\Theta d$ *quae* praebent, 14, 99 ubi Θac *defluere*, MTd *defloruere*, 15, 19 ubi ΘTM (SJ) *autem*, ad$\beta\gamma$ *vero*, 15, 59 ubi Ma (J) *autumni*, Θd (S) *autumnale* exhibent, quibus in locis pars codicum lectionem corrigendam, pars correctam acciverunt. — Etiam 13, 127 expulsa genuina lectione *solvit* (MJ), ad glossema *facit* retinuerunt. — Hinc adparet quo iure Janus 14, 4 cum in MTd legatur *cuius vitii causas*, in ac contra *cuius summi causas* (natum ut iam Barbarus vidit ex *somni*) sine dubio varietate lectionis motus coniecerit (in discr. script ad h. l.) legendum esse *veterni*.

II.

De secundis manibus.

1. M^2.

Sed praeter has archetyporum correctiones etiam codd. ipsi nostri postea correcti sunt.

Nam primum M ab eodem librario qui ipsum codicem exaravit (Mone prolegg. p. XXV) correctus est. Sed cum ille vitia tantum corrigat quae ipse in scribendo commiserat, non dubium est quin ad archetypum haec emendatio facta sit. Non necesse est has correctiones enumerare. nam quaevis fere pagina eas sensit et facile in oculos incurrunt. Quam religiose vero scriba in hac re versatus sit, eae inprimis correctiones ostendunt quas ad archetypum corruptum et non intellectum fecit. cf.

p. 86, 21 *AVCTORITASTE* (ubi periculum erat ne propter antecedentem errorem *intribuit* = *in tribuli* alterum relinqueret). 101, 25 *QUOTA ENIM* (nam in archetypo elisio admissa erat. cf. Mone prolegg. p. XXIII).

Hinc vel in paucis illis locis ubi scriba ex arbitrio correxisse videri potest (ut 170, 15 *IN*^{I}*ICITUR*. 161, 1 *h*^{A}*EC* [*hEC* i. e. *et*] de fide eius dubitare non debemus. Quamobrem nollem Janum 11, 253 (= p. 68, 18) ex M *DEXETRIS* restituisse *dexteris*, cum etiam reliqui codd. *dextris* praebeant.

Illud unum addendum est, — quoniam Janus Nuntt. litt. Mon. 1856. I p. 43 sq. eo in errorem induci se passus est, Moneum[1]) a vero aberravisse, cum ad 13, 78 (coll. prolegg p. XXXVI, ubi tamen eadem nuda verba posuit) diceret, Silligi codd. „plerumque" lectiones prioris manus M sequi. Adferam ego omnia huius consensus exempla: p. 23, 24 *pingui* M^1. *pingue* M^2 (sequente v. *inter*). *pingui* R^1 *pingue* R^2. p. 61, 1 *quòd* M^1. *quo* M^2. *quod* Θd (*e*)*quo* R. *quo* SJ. p. 77, 15 *corpulentae* M^{1}d. *corpulentiae* M^2. p. 78, 4 *gustu* M^1. *gustus* M^{2}R. *gestu* d. p. 130, 21 *mollius* [*illius*] *illis* M, *illius*, omisso *illis* a. p. 148, 22 *hieraticae fann.* M^{1}Sv. *hieratica et fann.* M^2. p. 153, 19 *arbitri* M^{1}Sv. *arbitris* M^2. p. 202, 23 *optinere* M^{1}a. *obtenere* c. *obtinere* d. *optinuere* M^{2}S. p. 207, 25 *ceratis* M^{1}ad. *celatis* M^2. *maceratis* S. p. 232, 19 *exortum* M^1-ΘTad. *exortu* M^2. p. 239, 16 *alii qui* M^1. *aliiquia* a. *aliqua* d. p. 244, 16 *conciis* M^1. *contiis* a. *consciis* M^2. Hinc satis elucet, quo iure Moneus illud pronuntiaverit. Nam si unicum exemplum ex p. 207, 25 allatum exceperis, reliqua nihil probant. Illud vero inter eos locos numerandum est, ubi utraque familia in errore consentit. Contra circa 140 emendationes restant, ubi Moniana illa observatio falsa est.

2. R^2.

R in libris VII — XIII omnino rara ab altera manu correctus est. passim correctiones iam in archetypo suo inventas transcripsit, ut 11, 238 [*aliquod candore ferre*] *aliquid et candori*, ubi verba uncis inclusa bene iis quae secuntur correcta sunt et adparet hoc iam in archetypo factum esse.

---

1) Idem p. XXXVIII cohaerentiam codicum demonstraturus Rad ex codice langobardica manu exarato fluxisse ait, „cum saepissime s pro r exhibeant". Sed duorum exemplorum quae adfert alterum (13, 24 ubi quod ille pro lectione ad *se dixisse* reponendum putat *reticuisse*, sensu prorsus vacat) nihil probat et bis vel in M haec litterarum commutatio reperitur (vid. p. 22).

Reliquarum lectionum a secunda manu additarum pars ex archetypo denuo inspecto desumpta est, pars ex ingenio emendatoris addita. Priori genri eadnumero correctiones quales hae sunt: 11, 197 R^2 recte scripsit *lambentia* pro eo quod prior manus posuerat *infantiae*. similiter 11, 63 *gnavo* pro *si navo*. 11, 155 *ut* pro *in*. 11, 195 *marinis* pro *in annis*. 11, 196. *gustum* pro *quintum*. 11, 199 *ut* pro *a*. ibid. *itaque* pro *liquida*. 11, 201 *neutro* pro *mucro*. ibid. *cancellatim* pro *collatim*. 11, 209 *funebris* pro *funeris*. et bene lacunas secunda manus explevit 11, 212 *quae*. 11, 159 *mentum* . . . *malae* 11. 160 *omnibusque*.

Sed has bonas lectiones iam in archetypo R exstitisse et priorem scribam R erravisse, demonstrat consensus codicis d. Hinc adparet, ubi R^1d fere consentiant, R^2 vero magis discrepet, novam lectionem plerumque coniectura niti, quemadmodum 11, 212 cum scriptum esset *quarat tingam* (pro *quaerat attingam*), secunda manus *quaerat tangam* mutavit. Eadem simili modo 11, 273 quod recte scriptum erat *homini* mutavit in *homine*. Quod 11, 46 recte in R^1d legitur (*regem apium esse*) *praecipua magnitudine ne fatiscat. ideo fetum sine eo non edi*, R^2 ridicula coniectura foedavit in . . . *ne fatiscat taedio*. Jnfeliciter etiam 11, 104 altera manus coniecit *deorum imbre* pro eo quod in $R^1\Theta$ scriptum est *deorum mire* (*mirae d*), cum legendum esset *deorum irae*. et 11, 275 violentius R^2 *derisores* mutavit iu *delusores* et 11, 207 ante *octonae* addidit *tantum*, quod cum R^1dM recte J omisit. Jam inter plures coniecturas aliquando etiam bonam inveniri quid mirum? Sic levem errorem in R^1d bene correxit altera manus 11, 91 *tutus* pro *totus* scribens. 11, 126 *potant* pro *putant*. 11, 170 *hebetant et* pro *hebetantes*. 11, 182 *corruptis* pro *corrupti*.

Sed adparet, consentientibus R^1d, lectionum a secunda manu in R additarum nullam nisi coniecturarum auctoritatem esse, quae reiciendae sint, simulac nos meliorem coniecturam invenerimus.[1]) Quod cum S non perspexisset, saepe falsam lectionem ab R^2 datam adscivit. Sic 11, 196 ex R^2 *iecusculis* recepit, cum ex R^1d *iocusc.* scribendum esset. nam etiam alibi R^2 rariores formas delet, ut 11, 63 *plebes* R^1dM mutavit in *plebs*. Simili ratione S 11, 169 ex R^2 recepit (*dentes*) *decidunt numquam*, cum in R^1d scriptum esset *decidunt unquam*. Sed cum Θ scribendum fuisse *non decidunt umquam*, nunc M demonstrat. Decipi se passus est S etiam 11, 173 ubi ex R^2 dedit *attenti*, sed quod R^1d

1) Aliquando etiam R^1d casu consentiunt in scribendi errore qui deinde in R ex archetypo denuo inspecto correctus est. Hoc accidit 11, 201 ubi R^1d verba *aliis asperitatis* propter sequens *aliis* omiserunt, quae R^2 recte addidit. Sed hoc rarissime factum est neque inde lex illa infringitur.

exhibent *extenti* non est cur deseramus. Confirmatum nunc est etiam ab M. Deceptus est S et 11, 207 ubi ex R^2 *costae homini tantum octonae* exhibuit, cum R^1d *tantum*, prorsus illud supervacaneum, omittant confirmati nunc ab M. 11, 173 S ex R^2 scripsit *ululatus editur*, cum R^1d exhibeant *elitur*, ΘT *elicitur*. Sed R^2 infeliciter coniecisse, bene Oudendorpium *eliditur*, nunc M evincit.

Hinc prorsus cum J qui consentio 11, 189 ex eo quod R^1d legunt (R^1 *genuaris*. d *ienuariis*) scribere maluit *ianuariis*, quam cum R^2(S) *Januari*. Sic quod 11, 9 SJ ex R^2 receperunt (*insectarum corpus*) *in reliquis partibus tutius quam durius*, falsum videtur. nam ipsa securitas duritie constat. Atqui cum R^1d exhibeant *istius*, M *totius*, scribendum puto *tostius*. Et plane adsentior Jano 11, 149 pro eo quod S ex solo R^2 acciverat *incrementa (lunae)*, ex R^1Θd scribenti *crementa*, quo verbo Varro usus erat (Non. p. 169, 14) et simili modo spectus pro aspectu usurpatur 2, 143. 11, 274. Rectissime etiam JU 11, 150 *magno* (*ritu*) omiserunt quod S ex R^2 posuerat. quo magis miror, Janum 11, 159 Silligium secutum (*terrestres*) *quadripedes* ex solo R^2 addidisse, quo verbo facili negotio carere possumus.

In hac corrigendi ratione altera manus R ubique sibi par est in libris XII—XIII. Ut igitur ea quae antea de hac re dixi, novo argumento confirmem, nonnullas huius generis correctiones ex libris XII. XIII proponam, ubi quid in archetypo codicis R fuerit, etiam melius quam in l. XI diiudicari potest. Dum igitur altera manus ex archetypo bene corrigit 12, 35 *brochon* pro *brocchon* (cf. M. p. 80, 13,) 13, 74 *philuras* pro *philitras*, 13, 84 *repastinantem* pro *respirantem*, alibi coniecturis indulget plerumque infelicibus, ut 13, 75 lectionem R^1 *interpotatione* mutavit in *interpretatione*, cum Mad recte praebeant *interpolatione*. Similiter 12, 1 lectionem R^1 *pecus* (pro *specus*) mutavit in *pecudis*, quod sensu prorsus vacat.

3. a^2.

Eadem ratione qua R, etiam ad correcti sunt, scilicet ut propriae coniecturae correctionibus ex archetypo petitis immisceantur. Nam cum, ut antea exposui, a fere totus cum d conspiret, correctiones quae a lectionibus d non recedunt, ex archetypo sumptae videntur, quales sunt 12, 66 *silvis* (Θd) pro *ilvis* (ubi tamen SJ recte ex β scripserunt *insulis*). 13, 41 *fuit* pro *fiunt*. 13, 115 *cai* pro *caucaso* (M recte *Achaia*). 15, 15 *grandissimae* pro *gratissimae*. 15, 18 *pinguiludinis* pro *pinguidinis*. 15, 33 *semina* pro *semine*.

Sed multo plures loci ex coniectura correcti sunt, plerumque ita ut a vero aberretur. Sic 12, 23 cum in a scriptum esset *periant* (pro

operiant, ut in Md est) mutatum est in *pariant*. 12, 26 id quod levi errore in a scriptum erat *maturitatem* (pro *maturitate*), altera manus mutavit in *per maturitatem*. 12, 28 cum a^1 haberet *ne potini* (pro *nec pomi*), a^2 posuit *nec potioni*. Eadem 12, 77 *mirrae* scripsit pro *mire* (a^1dM). 13, 52, *fert* pro *ferunt* (a^1d. M) 13, 139 *cuniculis* pro *caniculis* (a^1dM). Saepe etiam a^2 insolentiores formas mutavit in vulgares, sic 12, 76 ablativum *igni* (a^1dM) in *igne*[1]). 13, 118 *quadriangula* (a^1dM) in *quadrangula* (quod S recipere non debebat. cf. J ad h. l.) 13, 3 *Darei* ($a^1\Theta$) in *Darii* (quod minus recte Silligio placuit. cf BV 34, 68). 12, 58 *praegnas* in *praegnans*.

Hinc adparet quam nihil his alterius manus correctionibus concedendum sit, ubi prior manus cum eiusdem familiae codicibus consentit. Ubi vero altera manus cum illis conspirat, communis archetypi lectionem reddi verisimile est. Quamobrem J 12, 69 non recte priorem manum secutus esse censendus est, cum qua scripsit *probatur Trogodytica pinguedine et quod adspectu aridior est, sordidaque ac barbara, sed . . .* Nam *est* a^2d omittunt et bene omitti potest. Contra 12, 74 recte J scripsit *similiter hoc et ibi fieri tradunt*, ubi S ex a^2 *et* omisit, quod tenent dM$\beta\gamma$ (*tibi* a^1) et eodem modo additum est 2, 96. 20, 163. 32, 32.

4. d^2.

Rarius quam a correctus est d, partim variis lectionibus ex archetypo tralatis, quod inprimis consensus alterius manus cum T demonstrat ut 13, 69 *scedis* (d^2T) pro *cedis* (d^1a) i. e. *ceris* (MR). 15, 20 *singulis* (d^2T) pro *fines* (d^1. *finis* a), cum verum habeat M *in iis*. 15, 60 *in conclusis* (d^2T) pro *in conclusos* ($d^1a\Theta$), ubi tamen verum in M est *in concluso*. 11, 102 *in primosis* (d^2T) pro eo quod recte d^1RΘM habent *in rimosis*. 15, 23 *excessum* (d^2T) quod omittunt d^1a, sed M habet *expressum*[2]). 11, 42 correctio iuxta posita est *traditum tradunt*, cuius rei alterum luculentum exemplum est 2, 174 ubi pro *causis* quod d^2aR exhibent, in d^1 *casis*, in T *caucasis* scriptum est, ut in archetypo *cau*
casis exstitisse adpareat — partim ex archetypo denuo inspecto, ut 11, 8 *vires* pro *vire*. 11, 207 *subus* pro *subitus*. 11, 255 *vertebra* pro *latebra*.

1) a Plinio abl. *igni* multo saepius quam *igne* usurpatus est. cf. M p. 87, 10. 98, 1. 166, 4. 240, 8. Mad 13, 140. praeterea 2, 134. 148. 157. 15, 25. 19, 19. 20, 5. 32, 24. 130. 33, 62. 65. 102. 123. 34, 2. 89. 95. 149. 35, 149. 151. 174. 36, 63. 135. 139. 200. 37, 95. 148, etsi etiam forma *igne* (quam Plin. ap. Charis. p. 93 P. unice probare videtur) saepius invenitur, quam ut in totum damnari possit. vid. 2, 131. 142. 235. 4, 66. M. p. 62, 3. 91, 22. B 33, 71. 37, 94.

2) Verba sunt *premi plus quam centenos modios non probant. factus vocatur. quod vero post molam primam expressum est, flos* (sc. vocatur), ubi SJ *expressum* omittunt, cuius rei causam ego non video.

13, 66 *tota* pro *to.* 15, 22 *labra* pro *libra* et sic 13, 95 vox omissa *feminae* a manu secunda addita videtur.

Pars alia correctionum ex coniectura orta videtur, ut 13, 112 *structura* (M) bene scriptum est pro eo quod in d^1a est *strictura* et 13, 137 *lanas* (M) pro *linas* (d^1a). Ex coniectura quamquam bona 11, 184 *et* ante *sicut* deletum videtur, ex mala tamen d^2 11, 184 addidit *annum*, 11, 261 *ut* post *atque*, et 11, 254 *pede in* scripsit pro eo quod recte in d^1MR est *pes in.*

Est etiamnum aliud correctionum genus, quod ex alieno codice fluxisse videtur. Nam Silligius qui omnino de aetate harum correctionum nihil monuit, passim ex d lectiones profert quas ab alia aut a recentiore manu additas dicit, quarum quae 13, 58 ad marginem scripta est *caudex arboris*, ex alieno codice petita videtur, cum haec verba, quae bene habent, etiam in a desint. Similiter 13, 111 *fructu quã* a manu recentiore litterae ultimae recte suprascriptum est *e*, ut esset *que.* Sed de harum lectionum, cum tam paucae sint, natura nihil dici potest. Quod vero reliquas attinet, de iis idem valet quod de R^2 a^2 statui, cum summa cautione iis utendun esse, simulatque ab eiusdem familiae codicibus recedant.[1]) Cum vero illi suffragentur, verisimile est, eas bene habere.

Hinc 11, 241 *et caprarum gregibus sua laus est . . . Galliarum sapor medicamenti vim optinet* J ex d^1 non debebat scribere *semper*, praesertim cum id quod in M est *saper* ad lectionem Rd^2 *sapor* proxime accedat. Contra 11, 159 *morientibus illos* (*oculos*) *operire . . . sacrum est* U chr. p. 168 *illos* quod d^1 omisit, sed d^2R exhibent, omittere non debebat et recte SJ retinuerunt.

Caput II.

A — Rad ΘT

§. 17.

A.

Interpolatae familiae codices quos priore capite cognovimus (Racd ΘT) in universum per totum Plinianum opus sibi constant. Differentia tantum eo spectatur quod in diversis partibus alii alio communis archetypi apographo usi sunt, ut duorum codicum modo maior modo

1) Quod d^2 11, 184 recte, ut nunc M docet, *annum* addit post *ad quinquagesimum*, omissum illud in d^1R, id ad correctionem archetypi in R neglectam referendum esse videtur.

minor cognatio exsistat. Sed ratio codicum Rd qualem in l. XI vidimus, eadem est per ll. VII. — X et similiter codd. acd eandem plane cohaerentiam quam in libris XII — XV iis inesse intelleximus, per libros XVI — XIX servant.

Ratio eorum in libris prioribus I — VI et in posterioribus XX—XXXVI aliquantum ab illa quam in capite I. statuimus, diversa est. Universum vero illius interpolatae familiae modum nunc novo documento conprobabit cod. Leidensis. Nam hic codex Leidensis A (vid. Sill. prolegg. p. V) scriptus in foliis membranaceis formae maioris, duabus columnis, litteris saxonicis, saeculo IX vel X, fragmenta librorum I—VI continens, prorsus ab interpolata illa familia segregandus et ex tali archetypo fluxisse statuendus est, ex quali M et R (XII. XIII) descripti sunt.

De orthographia quidem codicis A accuratius iudicari nequit, quoniam Silligius huic adnotandae fere supersedit; sed insigniora quaedam apud S sparsa ego coniunxi haec et eodem ordine quem §. 2. tenui, adferam:

arctum (artum Rd*)* 4, 76. *cotidie* 2, 207. *Delmatia* (R) 2; 147. *Delmatae* (RΣTd) 3, 142 (Cf. p. 4 et Lübker in Klotz. L. Wörterb. s. v. *Dalmatae*). [*Dalmatia* 3, 141 ubi idem in d, sed in R *Delmatiae* legitur). *dicioni* (*dit.* Rad) 2, 218. *epistula* 2, 248 bis. *hadriat.* 3, 100. *Hadrianus* et *Hadria* 3, 110. 127. *Histro* 3, 127. *harenae* (T) 4, 5, sed *arenas* 2, 234. *Raetica* 3, 130. *litterar.* 4, 1. *milia* 2, 106. *suboles* (R^1) 3, 22. *Threcia* 4, 40 (vid. Sill. ad 33, 129). *umorem* 2, 223. *umeris* 3 128. — *quamquam* 3, 1. 119. *umquam* 3, 152. *semenstri* 4, 90. — *temptavere* (R) 4, 10. — *aliut* (sequente *causae*) 2, 208. *aput* (*Tusc.*) 2, 211. (*ha*)*ut* (*frustra*) 2, 221. (R). (*dubiae*) 2, 224. — *adiicitur* 3, 13, sed *adicere* 3, 95. *subicere* 3, 136. — *intellegitur* 2, 197. — *avulsa* 4, 63. 5, 17, sed *Volcano* 2, 240. *volgar.* 2. 213. *Volturnum.* 3, 61. — *relicum* (R) 3, 110. *secuntur* (R) 4, 68 — *interisse* 3, 98 *subisse* 3, 128. — genetiv. singul. II declin. *Aesculapi* (R) 2, 225 *Clari* 2, 232. *Mari* 3, 34. *Appi* 3, 64. *Joni* 3, 110 *Livi* (R) 3, 116. *Popili* 3, 116. *Corneli* 3, 116. — nomin. pl. II. decl. *Grai* 3, 42. *Pompei* 3, 62. — dat. pl. II. decl. *solstitis* 2, 229. *Grais* 3, 151. — acc. pl. III. decl. in °*is*: *sedis* 2, 199. *Alpis* (R) 2, 224. *urbis* 3, 46.

adcenduntur 2, 228. *afferre* 2, 208. *alluit* 3, 12. *adnexa* 4, 32. *adsurgens* 2, 198. — *commorabimur* 4, 1. *conectitur* (R) 3, 99. *inconperta* 2, 245. *conplexu* 2, 209. *conputationem* 2, 247. *comprehens.* 2, 247. — *exili(e)ns* 4, 51. *exurgere* 2, 214. — *inmensam* 2, 223.

inlustratus (Θ) 3, 117. 4, 2. *inpedivere* 3, 101. *imposit.* 5, 21. — *optinuere* 5, 119. — *rettulimus* 2, 232. — *transcendit* (R) 6, 49. *transversa* (*trav.* R[1]) 3, 6. *travectam* (Rd) 3, 128. *travehi* 4, 10. 76. *travers.* 4, 22.

Sed illam quam supra significavi, differentiam originis probant primum lacunae quas in alterius familiae codicibus conspicuas A explet. Sic 3, 28 *Transmontanos* om. Rd. 3, 52 *Tarquinienses . . . Vetulonienses* om. RTd. 3, 63 *cognominantur* om. RTd. 3, 93 *hanc* om. Rd. 3, 120. *oppidi* Rd. 3, 129. *Liburniae . . . alii* RTd. ibid. *alii CCXXV* Rd$\beta\gamma$. 3, 131 *aut* RTd. 3, 142 *CII . . . XXIV* Rd. 3, 148 *in tergo Taurisci* Rd. 4, 30 *hi* Rd. 4, 58 *ortum* Rd. 4, 64 *Eretria* et *Carysto* Rd. 5, 3 *Agrippa Lixum* Rad D. 5, 130 *Salamina* Rad. D. 6, 25 *et Virgilienses* RTd. 6, 28 *et Transmontanos* Rd. 6, 49 *Pollentia* RTd.

Tum A erroribus et interpolationibus liber est quibus reliqui codd. laborant. Sic 3, 7 in R *latio*, in Td *lato* exstat pro *latiali.* in Rd 3, 10 *iphinobo* pro *Hippo nova.* 3, 17 *esse terras* pro *esset errasse.* 3, 19 *dr* pro *dicetur* (in A *dicitur*). 3, 41 *salubritatis* pro *salubritas.* 3, 46 *eorum ordinatione* pro *oratione.* 3, 60 *funguntur* pro *consurgunt.* 3, 62 *expectante* pro *spectato.* 3, 111 *utque* pro *ut quos.* 3, 122 *ducti* (T^{o}*cte*) *sunt* pro *deductis.* 4, 1, *et in eo* pro *in eo.* 4, 3 *Pontumque* (T) pro *Pontum usque.* 4, 18 *phasius* pro *pass.* (= passuum). 4, 19 *quondam Egaria* pro *quod a Megarico.* 4, 28 *et inde* pro *deinde.* 4, 56 *in ut her* pro *in asinaeo sinu.* 4, 62 *delectationis* (T) pro *delicatiorem.* 4, 63 *et ad* (T) pro *tam.* 4, 92 *igitur* pro *cingitur.* 4, 96 *unum* pro *sinum* 3, 47 *Nicaea a Massiliensibus conditum* propter neutrum genus verbi Rd post v. *Nicaea* addiderunt *oppidum*, quod recte cum A omisit Janus, qui (in script. discr. ad h. l.) conferri iubet 3, 59. 115. Similiter 4, 38 dictum est *Amphipolis liberum* et 6, 49 *Alexandria ab Alexandro Magno conditum*, et hoc loco item RTdP Rob. adiecerunt *oppidum* omissum in A (SJ). — Pari modo Rd 3, 60 addiderunt *est* (post *Campania*), quod recte cum A reiecerunt SJ. — 3, 140 Rd dittographiae errore v. *insulis* repetunt.

Ex hac enumeratione cum hoc adparet, codices RTda[1]) ut in libris XI XV sic etiam hic ad idem interpolatum et lacunosum archetypum redire, tum hoc, codicem A non ex illo archetypo fluxisse. Ut tamen eum ex probae notae archetypo ortum esse statuamus, facit quod interpolationibus immunis est. Erroribus quidem scatet, — nam prorsus indoctus homo eum exaravit — sed inde maxime natis quod scriba

1) Codex a ad paucos tantum locos quos A exhibet, collatus est. Sed infra cohaerentia eius cum reliquis codd. uberius exponetur.

litteras potius depinxit quam singula verba scripsit. An quis errores quales hi sunt 2, 201 *inquit Mapharo* pro *inquam a Pharo*. 2, 223 *contacta* pro *contractum*. 2, 224 *Agrolica* pro *Argolica*. 2, 231 *nonnisi eanuariis* pro *nonis ianuariis*. 2, 241 *exoranti* pro *exhortanti*. 2, 247 *trecenties et* pro *trecenties* interpolandi studio quam oscitanti scribae tribuere malet? Et vel ea tentamina ubi pro verbo difficili lectu aliquid quod videbatur ei subesse, positum est, rarissima sunt[1]).

Propter hanc sinceritatem A summam auctoritatem in crisi Pliniana sibi vindicat et iure S (praef. p. V sqq.) Janus (de auctoritate codd. p. 7) Urlichs (Vindic. p. 37. 108) eum pro fundamento illius in iis libris quos continet, habuerunt. Janus etiam magis quam S fecerat, ad eum orationem Plinianam conformavit. Et prorsus ei adsentior quod, praeeunte Urlichsio (Vind. p. 31) 2, 225 ex A dedit *quidam vero* (*amnes*) . . . *ipsa subeunt vada*, cum S *ipsa* ex Ra omisisset. nam d *ipsa* falso loco tantum habet post *subeunt*. Recte etiam 3, 93 *quae* (Strongyle) *a Lipara liquidiore flamma tantum differt* ex A ($\beta\gamma$) pro *lig. t. fl.* (RdS) scripsit (cf. quae de collocatione v. *tantum* p. 26 disputavi) et bene 2, 231 ex A restituit *fontem nonis Januariis semper vini sapore fluere* pro illo quod S ex Rad scripserat *saporem* (cf. 20, 44 *perpetuo umore manans* et similiter 12, 68 ex ΘTa[1]d scribendum est *sudant autem sponte prius quam incidantur stacte dicta*, ubi SJ ex a[2] *stacten dictam* posuerunt[2]).

Passim tamen etiam Janus A deseruit, ubi ego nullam iustam causam invenire potui. Uno quidem loco, 2, 216 iam U codicem A in integrum restituit *duabus fere horis* scribendo, dum SJ ex Rad *fere duabus horis* posuerunt. Sed 2, 214 *subtermeare sidera ac rursus eadem resurgere* et J et U ex A *exsurgere* neglexerunt reponere. (Cf. 2, 63. 5, 97. 24, 173.) — Similiter 2, 239 *excedit profecto miracula omnia*, ex A reponendum est *omnia miracula*, et 4, 94 *litora reliqua* pro eo quod SJ ex Rd scripserunt *reliqua litora*. — 3, 62 *Navigatio a Circeiis* et 3, 124 *(originem gentis) docet Cornelius Alexander ortam a Graecia* SJ praepositionem *a* ex auctoritate A omittere debebant, praesertim cum altero loco etiam d eam omittat. Cf. 3, 51 *Falisca Argis orta*. 3, 123 *Augusta Taurinorum*, . . . *antiqua Ligurum stirpe*. 3, 124 *Boi Transalpibus profecti*. 3, 130 *Venetos Troiana stirpe ortos*. 3, 135 *Eturi Liguribus orti* (ut J ibi e codd. scripsit). 5, 126 *profusus Pindaso monte*. 13, 53 *Seleucia advectus*. 14, 24 *advenere Chio Thasove*. 35, 72 *Appollinis se radice ortum*. 37, 11 *Marcellus Octa-*

1) Sic 3, 108 pro *a Marsya duce Lydorum* in A scriptum est *a marsi adhuc elydorum*.

2) Apud Silligium typothetae errore scriptum est *dicta* a[2] pro *dictā* vel *dictam* a[2]. nam in commentario critico haec lectio nulli alii tributa est.

via genitus. — Quod 3, 113 apud J exstat *quod oppidum Nequinum antea vocatum est*, haud scio an invito editore typis expressum sit, nam scripturae discrepantia non significata est. sed nulla causa est cur *vocitatum* quod A praebet, receptum a S, reiciamus. cf. 3, 93. 115. 4, 20. 57. 64. 68. 120. 5, 20. 132 et similiter 4, 68 d$\beta\gamma$ et 4, 120 β illam formam contra bonos codd. exhibent. — Etiam 4, 118 *Agrippa prodidit*, ut SvJ scripserunt, ex A restituendum est *prodit*, ut iidem recte 3, 114 posuerunt. Nam praesens historicum Plinio satis usitatum est et saepe a deterioribus codd. in perfectum mutatum. Cf. 2, 83 *Pythagoras colligit* (Ra Θ. *collegit* d Rob. $\beta\gamma$.). 2, 187 *Pytheas scribit* (RTd^{1}a^1. *scripsit* a^2). 2, 236 *Ctesias tradit.* 3, 114 *Cato prodit* (A R. *prodidit* d$\beta\gamma$). 4, 95 *Xenophon tradit* (Sv = AR. *tradidit* d), *eandem Pytheas . . . nominat.* 4, 119 *Polybius scripsit.* 12, 34 *Onesicritus tradit.* 13, 22 *aliquem audimus* (MR. *audivimus* ad$\beta\gamma$) *iussisse.* 13, 70 *Varro tradit.* 13, 87 *idem tertio ponit.* 20, 25 *Nicander tradit.* 25, 69 *tradit Theophrastus.* 32, 10 *Juba tradit.* 32, 68 *Sornatius tradit.* 33, 51 *Varro tradit* (*tradidit* hil). 33, 66 *docet Verrius.* 33, 154 *Varro scribit* (RSJ. *scripsit* VRdh$\beta\gamma$).[1])

§. 18.

De cohaerentia Ra.

Quod reliquos codd. attinet, cohaerentiam eorum in universum eandem esse atque in libris XI—XV iam supra dixi. Sed ratio qua alter cum altero conexus est, aliquanto differt. Etenim cum l. XI R et d ita artissime coniuncti essent, ut ex eodem archetypo per diversa apographa fluxisse eos adpareret, idemque iure quodam de a concludi liceret, his prioribus libris R et a etiam artiore vinculo cohaerent. Hoc luculenter patet ex transpositione foliorum qua uterque codex laborat. Namque 2, 187 in Ra inter discerptas vocis *Anaximandri* partes inserta sunt quae leguntur 4, 67 — 5, 34 *acellatusam . . . altitudi(ne).* (vid. Sill. ad 2, 187. 5, 34).

Ad confirmandam hanc originis similitudinem sufficiat nonnullas

---

1) Similiter 7, 78 *Concretis quosdam ossibus vivere accepimus* et 13, 106 *quin et exercitus pastos eo accepimus*, ut SJ scripserunt, priore loco ex R, altero ex MΘTd reponendum est *accipimus*. Cf. 11, 174 *Metellum adeo inexplanatae linguae fuisse accipimus* (MRTd. *accep.* $\beta\gamma$). 11, 244 *filias ob id Sedigitas accipimus* (MRTd. *aceep.* $\beta\gamma$) *appellatas.* 13, 42 *mirumque de ea accipimus* (MΘTd[J]. *accep.* a [S]). 27, 145 *sicut accipimus* (ΘVRTd. *accep.* $\beta\gamma$) *de taeniis.* Quod 4, 66 apud J exstat *Aristoteles prodidit* pro eo quod recte S ex A scripsit *tradit* (*tradidit* Rd^2. om. d^1) invito Jano ex (β)γ tralatum videtur, cum scripturae discrepantia non indicata sit.

attulisse lectiones, ubi hi duo codd. male consentiunt. Sic illi exhibent 2, 93 *triquetramque* pro *triquetram*. 2, 143 *per plurimum* pro *plurimum*. 2, 202 *primae* pro *pridem*. 2, 212 *affluentibus* (R^1a^1) pro *affluunt*. 2, 220 *pugnantur* pro *purgantur*. 2, 227 *Velutonios*. pro *Velulonios*. 2, 232 *intumescentibus* pro *intumescit*. 5, 8 *fuerat* pro *fuere*. 2, 239 *facit* pro *pascit*. 2, 240 *Sidino* pro *Sidicino*. Tum uterque codex omisit 2, 171 *pascens . . . amplitudinis*. 2, 205 *hodie mersam Acarnaniam*. 2, 207 *ut*. 2, 213 *aut . . . mensurae*. 2, 223 *esse sicut*. 2, 215 *vada*. 2, 229 *ac*. 2, 241 *in*.

Ubi igitur R et a in diversas partes abeunt, alter vel neglegentia vel interpolandi studio ab archetypo suo recessisse statuendus est. Leviter erravit scriba a 2, 191 et 2, 218, ubi *prohibetur* pro *perhibetur* et *provectorum* pro *pervectorum* scripsit. nam *pro* et *per* saepe a librariis confunduntur (vid. A 3, 152 *pervenirent*. ad 13, 170 *permiscue*. a 15, 51 *pervenisse*. Θa 12, 38 *profunditur*). 2, 225 (*Athenis*) *immersa* pro *mersa* (ARTd) dittographiae error esse potest, neque 2, 228 ubi a (quocum d consentit) *Troglodytis* exhibet pro *Trogodytis*[1]) (*Trogoditis* AR^2) interpolatio certa est, quoniam etiam R^1 (*Trogodigitis*) corruptus est. Sed 3, 17 *a sorore eius* (ARd) consulto *eius* in *sua* mutatum est. Similiter 2, 125 *et ante brumam autem* v. *et* omissum est, nimirum quia in particulis *et — autem* copulatis offendebatur, qua de re vid. Sill. ad h. l. Et 2, 129 *auget exoriens, occidens* scriba a *occidensque* interpolavit, sine dubio quia asyndeton ei displicebat, cuius tamen plura similia exempla Sill. ad h. l. attulit.

Etiam R saepe ab suo archetypo aut calami lapsu aut mutandi libidine recessit. Sic 2, 99 falso *durant* exhibet pro *duraverunt*. Et 5, 20 *ante* (*vocitatum Jol*) quod Aa praebent, mutavit in *antea*, quod recipere non debebant SJ. nam hanc formam pluribus locis optimi codd. tuentur et ipsi editores saepe usurpaverunt. vid. 3, 99 *ante* (Sv [= ARd]J) *Peucetia appellavere*. 3, 120 *hoc ante* (Sv[= ARd]J) *Eridanum ostium vocatum est*. ibid. *quod ante* (ASJ. om. Rd) *Olane vocabatur*. 4, 57 *ante* (Sv[= Rd]J. om. A) *Oenone vocitata*. 4, 105 *Aremorica ante* (ARd SJ. *antea* ΘTRob.) *dicta*. 5, 129 *vocatam ante* (AS. *antea* RDadJ) *Acamantida*. 35, 83 *spectatam ante* (Sv[= BVRd]J) *spatiose*. 36, 102 *cum theatrum ante* (Sv[= BRd]J) *texerit Romae Valerius*. 36, 107 *inexcogitatum ante* (BSJ. *antea* Rd) *posteaque remedium*. 36, 181 *oleo perfricatur ante* (Sv.[= Bd]J). Adparet igitur, etiam 3, 52 Janum non recte *antea* ex Θ pro *ante* (ARdS) scripsisse, quamquam etiam altera forma multis locis confirmata est. (vid. 3, 4. 24. 31. 53. 93. 113. 4, 5. 9. 11. 12. 14. 29. 44 bis. 46. 47. 56. 64. 68. 69. 70. 106. 5, 132. 133. 134). —

1) vid. p. 5 s. v. et B 37, 107. 108. 149. 167.

2, 241 R *festinel* exhibet pro *festinat* et *duceretur* pro *ducere*. 5, 2 om. *et* (*Cotte*). sed tales errores facile librario possunt vitio dari neque eam cohaerentiam quam supra inter R et a statui, in dubitationem vocant.

§. 19.

De codice d.

His libris d aliquanto magis ab Ra recedit quam libris XI XV et cum iam ibi viderimus, pretium eius iniuria a Silligio deminutum esse, hoc magis etiam in libris prioribus accidit. Nam d propius ad A solet accedere cumque eo bonas lectiones exhibere. Sic loci quos §. 18 ad consensum Ra probandum attuli, in d recte scripti sunt. Etiam alibi cum A consentit, aberrantibus reliquis codd., ut 2, 234 *iamque* (quod recte J pro RΘaS *namque* restituit). 2, 237 *intermisit* (ut iure J dedit, dum S corruptelam Ra^2 *internus sit* secutus est. a^1 exhibet *internum sit*). Quamobrem recte J etiam 2, 230 Silligium deseruit, ex Ad *incorruptas* scribens. Nam quod S ex r dedit *incorruptas semper*, nihil aliud esse quam corruptelam ex interpolato in RΘa *incorruptas* (vel *incorrupta*) *inspira* ortum, manifestum est. Similiter J recte 2, 246 ex Ad praetulit *alioqui* formae quam S ex Ra habet *alioquin*[1]) et 2, 230 *rigat* pro eo quod quod S ex Ra Θ dedit, *inrigat*[2]). Non stetit sibi J qui, 241 bene ex Ad *velut* (*manu*) scripsit, ubi S ex Ra *veluti* posuerat, sed 2, 237 spreta eorundem codicum (Ad, cui adsentitur Θ) lectione *velut (piscina)*, ex Ra (S) *veluti* retinuit (cf. 4, 22 *velut pensante*, ut uterque editor ex solo A [*veluti* Rd] scripsit). Neque causam video cur 2, 236 prae *tanto aevo materia ignium sufficit*, ut AdΘT habent, SJ ex Ra *ignium materia* scribere maluerint, qui recte 5, 6 Ad obsecuti *qua spectet Africam* posuerunt, ubi lectio Ra *spectat* per se ferri poterat.

Non tamen d ab interpolationibus sibi propriis liber est, quemadmodum 2, 131 *aliquibus* habet pro *aliquis* (vid. Sill. ad 33, 48, ubi

---

1) Hanc formam Plinius numquam admisisse videtur, quod colligo ex optimorum codicum in hoc vocabulo consensu, dum deteriores codd. saepe *alioquin* praebent vid. *alioqui* 4, 95 (AJv. *alioquin* RdS). 11, 67 (MSv [= Rd]J). 13, 17 (MSv[= R]J. °*quin* dβ). 13, 104 (dJ. *aliqui* M. *qui* a. °*quin* β. *quae* rS). 14, 33 (MSv[= acd]J). 14, 64 (MdJ. °*quin* acS). 14, 69 (Sv[= acd]J). 33, 17 (BVRd). 33, 52 (Sv = BVRd). 33, 78 (B^{1}Sv[= VRd]. °*quin* B^2). 35, 84 (Sv.[= B^{1}VRd]. °*quin* B^2). Hinc multi loci ubi lectio codicum fluctuatur, haud cunctanter in integrum restituendi sunt, quemadmodum praef. 12 ex a (*alioquin* SvJ) et 15, 55 ex d (*alioquin* aSJ) scribendum est *alioqui* et hoc recte SJ 35, 64 posuerunt, quamquam ibi quid B habeat mihi non liquet. namque apud Silligium B^1 dicitur habere *alioquin* (de reliquis codd. tacetur), apud Janum (Plin. ed. Sill. 1836 vol. V p. 64) de hac re nihil adfertur et fortasse illud B^2 habet.

2) Saepe Plinius hanc simplicem formam usurpat. vid. 2, 159. 3, 9. 61. 6, 130. 11, 182. 12, 40. 13, 57. 15, 10. 17, 249. 33, 76.

adde 2, 55. 8, 177. 11, 1. 13, 103. 14, 25. 24, 179). 2, 162 *coniectura* pro *coniectato*. 2, 234 *omnium* pro *ignium*. ibid. *vocatur* (sic et T) pro *appellatur*. 3, 41 *et vitium olearumque* pro *viliumque et olearum*. 3, 61 *barbarus* (T) pro *Baiarum*. 3, 108 *deorum* [1]) pro *deum*. 4, 102 *nominisque* pro *nostrisque*. Simplex verbum mutavit in conpositum 2, 236 *desevit* (T) pro *saevit*. 5, 11 *debellavere* (T) pro *bellavere*. 2, 212 *est* addidit (sic et T) post v. *mirum*. 4, 94 *inde* (T) ante *usque*. Etiam lacunis archetypum eius iam foedatum erat, ut ex consensu T adparet. Nam uterque omittit 3, 40 *omnium . . . rerum*. 3, 59 *a Circeiis . . . vocitatam*. 5, 18 *navigabilis*.

Quamobrem codici d singularem aliquam lectionem exhibenti, ubi AR consentiunt, nulla fides tribuenda est. Sic 3, 127 *cognominatam flumine Histro* SJ praepositionem *a* quam d ante *flumine* inseruit, omissam illam in AR, adsciscere non debebant. (Cf. 4, 88 *pinnarum similitudine Pterophoros appellata regio*. 6, 202 *Fortunatas vocari Invallem convexitate et Planasiam a specie*. 15, 47. 19, 164. Sill. ad 34, 82 et similiter 9, 89 *ozaena dicta a gravi capitis odore* SJ praepositionem *a* omissam in Rd non debebant addere.) Etiam 4, 94 *Scythiam adluit quod nomen eius gentis lingua significat congelatum* verbum *lingua* quod SJ ex solo d acciverunt, eo magis delendum est quod praeter AR etiam T illud omittit, unde verisimile est, ne in archetypo quidem T exstisse.

Sic cum singulos interpolatae familiae codices novis interpolationibus foedatos videmus, idem adparet, quod iam in priore capite observavimus, nos codicibus purioris fontis destitutos saepissime incertos haerere [2]). Nam vel d, quamquam — ut dixi — propius ad A accedere solet quam Ra, quoniam singulos locos saepe corruptissimos exhibet, fide indignus est. Et, dissentientibus codicibus, hoc unicum adiumentum restat, ut Rd vel ad consentientes sequamur, quia Ra unius codicis instar sunt.

Itaque recte SJ ex Rd 2, 181 scripserunt *Ideo nex nox diesque, quamvis eadem, toto orbo simul est*, ubi aβγ exhibent *quaevis*. Sed iisdem 2, 152 cum RTd *gelando liquorem minuere resolutaque glacie non eundem inveniri modum* scribendum erat, non cum a *minui*. nam interdum verba alioqui transitiva vim neutralem recipiunt, cuius generis plura verba ipse Sill. ad 35, 3 proposuit relegans lectores ad Reisig. scholl. gramm. Lat. §. 174. cum nota Haas. p. 291, et bene SJ 37, 181 scripserunt *reddit ea . . . crescentis minuentisque sideris speciem*

1) Hoc invito Jano in editione eius scriptum videtur. nam discrepantia scripturae non indicata est. De genetivo *deum* vid. Sill. ad 34, 1. additis 2, 37. 3, 39. 33, 13. 34, 9.

2) Quemadmodum 2, 173 prorsus dubium est, utrum ex Td (Robert) *idem . . . Africam, Europam, Asiam dispescit* scribendum est an ex Raβγ *Asiamque*.

et 2, 68 S ex RTad posuit *augeri atque . . . diminuere*, ubi quod apud J legitur *diminui*, sumptum ex P$\beta\gamma$, haud scio an ex Jani sententia expressum sit, quia discrepantia scripturae non indicata est. Similiter 2, 109 R^{1}d exhibent *concharum omnium corpora augere ac rursus minui* (*augeri* Sv [= R^{2}a]J.) et 20, 48 Θa *fecunditatem feminarum hoc cibo augere* (*augeri* d Pseudo-App. SJ.) et 36, 122 omnes codd. SJ) *quae* (*balnea*) *nunc ad infinitum auxere numerum*, ubi quomodo *auxere* activo sensu capi possit — ut voluit Klotz. Lat. WB. I p. 620a — ego non video et recte Sill. 35, 3 inter ea exempla adfert, ubi transitiva verba significationem neutralem acceperint. Conparari praeterea possunt *augere:* Lucret. 2, 1161 *usque adeo pereunt fetus augenique labore. duplicare:* Plin. 11, 190 *responsumque duplicaturum imperium. minuere:* Caes. b. g. 3, 12 *minuente aestu. miscere* Plin. 13, 28 *si non rivis misceat* (MR a SJ. *misceatur* d$\beta\gamma$.). *movere:* Liv. 35, 40 *terra dies duodequadraginta movet.* Gell. 2, 28 *cum terra movet. mutare:* Plin. 9, 112 *usu atteri non dubium est coloremque indiligentia mutare* (sic RΘTdSJ. *mutari* β.). Liv. 3, 10 *ut nihil odor mutaret.* ibid. 5, 13. 9, 12. 39, 51. *vertere:* Liv. 38, 26 *versuros in fugam omnes ratus.* Tac. A. II 20, 2 H. *astus ipsis in perniciem vertebat.* ibid. VI 12, 5. id. H IV 1, 8 vide etiam Krüger gramm. lat. §. 469.

Similiter recte SJ 2, 184 ex adΘ scripserunt *stadium*, ubi R (Rob.$\beta\gamma$) interpolavit *stadiorum* (vid Sill. ad 34, 1 ubi hunc locum et 2, 183 omisit) et bene ibidem J *in Indiae gente Oretum*, ad obsecutus, posuit, ubi S ex R *India* praetulerat. Etiam hoc probo, quod J U chr. 2, 11 ex ad ΘT posuerunt *omniam admirationem vincit novissimum sidus, terris familiarissimum et in tenebrarum remedium repertum*, relicta lectione R (S) *terrisque*. Sed ex eadem observatione 2, 243 iam propter auctoritatem consentientium ad *Taenarum Laconicae* scribendum erat, etiamsi AΘb iis non accederent neque causam video cur SJ ex solo R *Laconicae Taenarum* posuerint. — Et 2, 151 reponendum est ex ad ($\beta\gamma$) *non exsistunt nec circa solstitium longissimis diebus, bruma vero id est brevissimis diebus frequentur* neque alterum *diebus* SJ propter R debebant omittere. cf. 11, 42 *relinqui placet duas partes et semper eas partes quae . . .* 14, 62 *a vico Caedicii qui vicus . . .*

§. 20.

De cohaerentia ARad.

Omnes codices quos hoc capite tractavi, ad unum — si ita dicere licet — princeps aliquod archetypum redire quamquam multis apographis ab interpolatae familiae archetypo interclusum, errores evincunt qui utrique familiae communes sunt. Sic omnes codd. 2, 211 *in illo* exhibent pro *ullo*. 2, 212 omittunt *se* ante *resorbentes* et

2, 227 *et* post *sed*. 2, 244 pro *patet* legunt *potest*. 3, 12 *pro* pro *prope*. 3, 56 *locus Solis* pro *lucus Jovis*. 3, 64 *Gabienses* (ARΘTd) pro *Fabienses*, quod ordo nominum in litteras digestorum tuetur. 4, 29 *Mynius* pro *Minyius*. 6, 50 pro *in universum* A habet *inversum*, Rd *inversos*. Corrupti sunt codd. (ARd) etiam 4, 93 *priusquam digredimur a ponto*, quamquam SJ locum intactum reliquerunt, nam scribendum est *digrediamur*. vid. Sill. ad 34, 38 et 11, 169. 12, 68. 130. 13, 68. 14, 99, 15, 14. 32, 23. 33, 90. 34, 24.

Sed quod iam in priore capite dixi, etiam hic adparet, commune illud archetypum satis bonum fuisse. Et quamquam sine dubio nonnulli alii loci qui communem corruptelam demonstrent, investigari possunt, alii etiam qui corrupti visi sunt, vindicari possunt. Sic quae verba Urlichs. Vind. et chrest. ut spuria uncis inclusit 2, 218 *id est spiritus*, illa J iure retinuisse mihi videtur. Quae vero ipse Janus Silligium secutus 3, 59 omisit (*et ubi fuere Amyclae*) *sive Amynclae* (sic enim scribendum. A habet sive *Amyncle*, R *sive Amitide*, de d tacet S) ad ea defendenda cf. Hertzberg. Rh. M. 13 (1858) p. 639 et Plin. 3, 93 *Melogonis vel antea Meligunis vocitata*. 4, 46 *Amnes Bathynias, Pydaras sive Athidas*. 4, 64 *Antea vocitata est Chalcodontis aut Macris, ut Dionysius et Ephorus tradunt, ut Aristides Macra, ut Callidemus Chalcis, ut Menaechmus Abantias, ut poetae volgo Asopis*. 4, 66 *Siphnus ante Meropia et Acis appellata*. — Similiter quod U (chr. p. 35) 2, 214 contra omnes codd. coniecit *Ingens argumentum plenumque lucis ac vocis etiam divinae*[1]) *habetes esse qui negent supermeare sidera ac rursus eadem exsurgere* pro *diurnae*, non necessarium mihi videtur, nam vox diurna ea est quae cotidie audiri eoque magis homines docere possit. — Recte etiam 3, 123 lectio codicum *oppidum Eporedia Sibyllinis a p. r. conditum iussis* a Jano revocata est, ubi S ex Rob.β scripserat *oppidum E Sibyllinis libris a p. r. condi iussum*. Nam quod Sill. dicit, v. *iussis* non apto loco positum videri cf. 11, 4 *quos teredine ad perforanda robora cum sono teste dentes affixit*. ibid. *turrigeros elephantorum miramur umeros*. 14, 31 *inveterato praecipue commendabilem vino*. 15, 7 *unde et Liciniae gloria praecipua olivae*. 33, 108 *addito in linteolis tritico et hordeo novis*. -- Neque minus recte J 4, 5 *Leucadia . . . opere incolarum abscisa continenti* lectionem codicum (ARd) restituit, qua neglecta S scripserat *abscissa a continenti*. Cf. Plin. 4, 37 *Athon Xerxes continenti abscidit* et illa participii forma praeter locos a Jano ad h. l. adlatos adparet etiam 33, 48 Certe dat. *continenti* etiam tum retinendus erit, cum participium una s exaratum librariorum errori damus (cf. Vergil. A. 3, 418 *Pontus Hesperium Siculo latus ab-*

1) In eandem coniecturam, quod Urlichsium fugit, iam Franzius (Plin. vol. I p. 443) inciderat.

scidit et R. Klotz Lat. WB. in fine v. *abscido*, ubi ille inspici iubet Caroli Haase notas ad Reisigii schol. gramm. p. 253 sq. et Eckstein. ad Voss. Aristarch. p. 836 sq.) Nam ablativus *continente* exhibendus fuisset. vid. *in continente* 3, 140. 4, 57. 119. 5, 134. *confluente* 3, 149. *occidente* 2, 168. 4, 19. 71. 90. 101. 5, 1. *in oriente* 4, 19. 39. 71. 5, 18. 13, 26. 33, 68. *serpente* 32, 45. *sextante* 13, 94. *triente* et *quadrante* 33, 45.[1])

§. 21.

De secundis manibus Rad.

Restat quaestio quae satis intricata visa est, de secundis horum codicum manibus. Nam cum inprimis additamenta secundae manus R Silligius magni pretii esse dixisset eique Urlichs. (vid. Vindic. p. 12. 13. 16. 36. 44. 82. 139. 140) adsensus esset, U postea, ut multae lectiones in chrestomathia usurpatae demonstrant, sententiam mutavit. Similiter Janus (vol. I p. IV) Silligium in his libris „iusto saepius" alteram manum R et a secutum esse adfirmat, sed ubi fines essent, quos ultra citraque nequiret consistere rectum, non indicavit, quamquam hanc rem, ut electae lectiones docent, fere perspexit. Nuper etiam Detlefsen (in Jahni ann. 77, 657) iecit, R^2 et a^2 in prioribus quidem libris arte cohaerere, sed ex fonte recentissimo fluxisse.

Res non admodum difficilis est. Nam duo emendationum genera distingui possunt et hoc fortasse voluit Detlefsen, cum (l. c. 77, 668) tres manus in R distinguendas esse diceret. Inveniuntur enim primum emendationes quae iam in communi huius interpolatae familiae archetypo factae inde etiam apographa occupaverunt. Secundum genus est correctionum ex alieno codice tralatarum.

Primum genus conspicitur (cf. p. 52. 56 sq.) 2, 3 ubi a exhibet *infinitis*, T *infinitis* d *infinitas*, ut adpareat etiam Td eandem duplicem lectionem in archetypo suo reperisse. Sic explicatur etiam 2, 176 ubi pro *cum* in Ra exstat *et*, in Td *cum et*. Hoc clarius etiam 2, 8 elucet *esse innumeras ei* (sc. mundo) *effigies . . . indicatur . . visus probatione alibi ursi*, ubi post v. *ursi* in a manus secunda addidit *alibi plaustri*. Pro his vv. in T legitur *vel plaustri* et d vocabulo *ursi* suprascriptum habet *al. plaustri* (i. e. *alias*, quo ipso verbo varietas lectionis significatur.) Hoc glossema (nam glossema est. vid. Sill. ad h. l.) iam in archetypo

1) Hinc 2, 223 ex R^1 *a continente* et 4, 64 vel contra Sv (= ARd) *in continente* scribendum esse videtur.

huius familiae exstitisse, inprimis eo probatur, quod in .T in textum inrepsit. Similiter 2, 113 pro vv. *nulla veniant ratione naturae* R^1a^1 exhibent *nullam habeant rationem*, R^2a^2 *nullam veniant rationem, nullam habeant rationem aut quae nulla veniant ratione*, ut minime dubium sit, hanc varietatem lectionis iam in archetypo communi fuisse. Etiam 3, 46 id quod suprascriptum erat, in textum invasit *interiore ex in* *in* *parte* (RTd)= *interiore ex parte*, ubi alterum *interiore in parte* in β exstat, rectius omnis praepositio in A (SJ) omissa est. Simili modo 5, 21 *Salde colonia eiusdem item Jgilgili* discrepantia codicum, quorum pars (AR) *item* omittit, pars (ΘDTad) exhibet, ita aptissime explicatur, ut R additamentum emendatoris spreverit a reliquis codd. acceptum. quamobrem mihi delendum videtur, quemadmodum 2, 237 *item (Aethiopum)* $R^2a^2\beta\gamma$ addiderunt, sed ab Ad (R^1a^1) non agnitum recte (SJ) reiecerunt. Etiam 2, 219 ubi ART (SJ) *idem aestus*, ad ($\beta\gamma$) *aestus idem* exhibent et 2, 183 ubi in RTΘ (SJ) *stadium*, in ad ($\beta\gamma$) *stadiorum* scriptum est, varietas lectionis emendatorem prodit.

Haec de correctionibus ex communi archetypo traductis, de quarum pretio, quia paucae sunt, certi quidquam statui nequit. Transeo ad alterum genus et primum ad secundas manus R et a.

1. R^2a^2.

Atque fluxerunt hae ex duobus diversis codicibus. Nam ne eas ex archetypo Ra denuo inspecto desumptas statuam, facit quod secundae manus R et a saepe vehementer differunt, cum priores egregie consentiant. Ex codice vero aliquo has correctiones fluxisse neque ex coniecturis additas esse, probant primum lacunae recte expletae, tum quod aperti codicis errores tralati sunt. Sic 2, 238 (*ut . . . augetur*) *ut* R^2 addidit, 3, 16 (*ita . . . duo*) *ita*, dittographiae errores retinens.

De aetate et scriba harum correctionum in R obviarum S nihil monuit, nisi (praef. p. IX) ipsum codicis librarium eas adiecisse. Quam leviter tamen hoc dictum sit, inde adparet quod hic codex a pluribus scribis confectus est (vid. Sill. praef. p. VIII).[1]) De eadem re in a nihil omnino S dixit, sed cum verisimile sit, codicem Parisinum b qui saeculo XII exaratus est, ex a iam correcto descriptum esse (Cf. Jan. observv. crit. p. 6. Sill. p. XIV) ante illam aetatem hae emendationes in a factae videntur. Sed quamquam in R et a lacunae eaedem antea admissae saepe explentur (2, 49 *si terra . . . luna.* 2, 68 *et latitudine.*

1) Passim S correctionem in R ab eadem manu factam esse dicit, ut 32, 73 ad v. *tetanis.*

2, 93 *indicatus . . . multo.* 2, 95 *item . . . minuerenturque*, tamen has correctiones non ad eundem codicem redire ut Detlefsen l. c. 77, 657 opinatus esse videtur inde concludo, quod raro in errore consentiunt et saepe non iisdem locis manum emendatricem experti sunt. Denique aliquando idem verbum in R aliter emendatur atque in a. Sic 2, 118 cum in R^1a^1 *esset quaepro* pro *quapropter* R^2 scripsit *quaepropter*, a^2 *quae*.

Uterque vero codex ex quo correctiones illae haustae sunt, adeo corruptus fuit, ut mirer Silligium pretium earum non intellexisse. Ut hoc primum de R probem et ex iis quidem locis ubi codicem A ducem fide dignum habemus. R^2 2, 196 *turbidiores aquae* scripsit pro *turbidior aqua*. 2, 201 *mare ante* pro *circa* R^1ATad. 2, 205 *in medio* pro *immenso* Aad *immense* R^1). ibid. *se condens* (β) pro *se comest* Ga. *secum est* R^1ATd. 2, 207 *nunc* pro *cum*. ibid. *contigerant* ex *contexerant* quod R^1a falso exhibent pro *conterant* (Ad). 2, 218 *tractatu* pro *tractu*. 2, 235 *sacrificatum est* pro *sacrificatura* (Sv. *sacrificata* R^1). 2, 238 *ignibus* pro *imbribus*. 2, 240 *invalli* pro *invalida*. ibid. *ionium* pro *ignium* = *igneum*). 2, 245 *medio* pro *dimidio*. 3, 10 *quando* pro *inde*. 4, 48 *duas* pro *duae*. 5, 2 R^2 id quod bene R^1 exhibet *Mauretaniae* mutavit in *Mauritaniae* vid. p. 5). Verba quaedam explicationis causa addidit 2, 206 *et Eleusina* [β]. 2, 208 *et (in)*. 2, 220 *in* Mylas). Singularem in pluralem vertit 2, 213 *spatiis* pro *spatio*. Verba composita in simplicia detruncavit 2, 220 *spirare* pro *exspirare*. 2, 248 *secula* pro *consecuta*.

Contra etiam bonas lectiones secunda manus addidit. Sic in solo R^2 verum exstat 2, 212 *exoriatur* pro eo quod R^1ATad legunt *exoriantur*. 2, 224 *mirabilius* R^2a^2 bene consentiunt cum A, dum R^1a^1dTΘ exhibent *mirabile*. ibid. cum A legunt *quarum* quod R^1a^1Td omittunt. Similiter 2, 230 cum A *et* ante vv. *in agro* addunt quod R^1a^1d omittunt. Bene etiam 2, 231 R^2 posuit *obsorbens*. nam sic etiam A habet. Quam lectionem cur S qui ex R^1 *sorbens* et J qui ex d *absorbens* scripsit, deseruerint, ego non video. (a habet *resorbens*). cf. Lindemann. ad Plaut. Mil. III 2, 22. Curc. II 3, 34. Truc. II 3 f. et ea quae p. 17 de vocabulis Plautinis a Plinio usurpatis dixi.

Sed ex illis interpolationibus quas supra enotavi, adparet quam nihil his additamentis confidendum sit. Hinc multa apud Silligium corrigenda sunt, qui hanc rem, ut iam dixi, parum perspexit.

Atque multa iam J reparavit, nonnulla etiam U, multa etiamnunc relicta sunt. Sic J 2, 228 ex R^1aTdA restituit *in Illyricis*, pro quo S ex R^2 scripserat *in Illyrico* [1]). et 2, 238 ex R^1Aad *placit*, cum S

1) Praestare tamen videtur, cum $\beta\gamma$ scribere *Illyriis*. Nam Plinius aut terram *Illyricum* dicit, aut incolas *Illyrios* vocat. Vid. *Illyricum* 3, 139. 147 bis. 152. 4, 79. 26, 1. *Illyrici urbe* 3, 101. *Illyrici latitudo* 3, 150. *Illyrici ambitu* 3, 150. *Illyrici ora* 3, 151. *Illyrici reliqua* 5, 218. *rebellio Illyrici* 7, 149. *Illyrico*

ex R^2 *expiavit* dedisset (vid. 2, 92 et idem vocabulum ex M reponendum est 15, 57 *quando fulgurata piari non queunt facile*, ubi Sv [=ad] I *fulgura expiari* scripserunt. ad v. *fulgurata* i. e. fulgure icta cf. Varr. L. L. 4, 32 *scribunt eum locum esse fulguratum et ex senatus consulto septum.*). 2, 139 UJ ex R^1ad *ex (fulmine)* restituerunt, cum S ex R^2 *est* exhibuisset. Recte etiam U 2, 102 *et (tonitrua)* quod SJ ex R^2 retinuerunt, cum R^1ad reiecit.

Similiter tamen 2, 163 ex R^1a^1d reponendum est *nam*, pro eo quod SJ ex R^2a^2 adsciverunt *namque*. Et 2, 101 scribendum est *Polluci ac Castori* (sic d. *accusatori* a. *et Castori* R [e corr] SJ). nam Plinius *ac* litterae *c* praemittere non dubitat. (vid. Sill. ad 32,24 ubi adde 2, 160 quo loco S *ac confecta* scribere voluit — ut ex adnotatione adparet — sed in textu [ut apud J Uchr.] *atque* positum est.) 33, 29. 34, 160. 35, 5.

Sed ubi R^2 cum d consentit, sine causa non deserendi sunt. Sic cum recte SJ 2, 142 *est* post *ortus* retinuerint, J etiam 2, 194 *umquam* ex R^2d retinere debebat et 2, 143 potius cum R^2*reliquum est* scribere quam cum a *est reliquum*.

Idem quod de R^2 dixi valet de correctionibus in a obviis: descriptae sunt ex codice valde interpolato. Sic a^2 2, 231 ante *differentes* addidit *ceteris* (β). 2, 201 ante v. *circa* et 2, 234 ante v. *centena* adiecit *et*. 2, 237 *nitent* post v. *noctu* ($\beta\gamma$) 5, 3 *ab* ante v. *antiquis*. ibid. *huic* (β) post v. *autem*. 5, 17 *sed* ($\beta\gamma$) ante v. *simili*. His omnibus locis a^2 interpolationis ab A damnatur.

Hanc ob rem a^2, quamquam passim etiam bonam lectionem adspersit (ut 2, 208 *tremunt* quod A confirmat, dum a^1 habet *praemuntur*, Td *premuntur*, R *premunt*, ut 2, 244 *patet* pro eo quod in a^1 RAd est *potest*) minime fidem meretur. Malo igitur 2, 176 *quae accidere nullo modo possent, nisi in centro sita esset* (ut SJ ex a^2 scripserunt, cum *esset* desit in a^1RTd) coniectura efficere *sitae* sc. terrae. Et 2, 172 (*in duabus extremis zonis*) *pruina tantum albicans lux. Media vero terrarum . . . vapore torrentur* — ut SJ ex a^2 ($\beta\gamma$) scripserunt — reliquorum codd. (RΘTa^1d) lectio *Lux vero media* eo ducit ut *lux. Verum media . . .* scribamus. nam saepe *o* pro *um* in codd. legitur. (vid. p. 21 et A 2, 232 *tanto* = *tantum*. 3, 127 *exadverso* = ^{0}*sum*. 5, 21 *imposito* = ^{0}*tum*. B 33, 120 *minio* = *minium*.)

Ne R^2 a^2 consentientibus quidem, sed a codice d recedentibus fides

---

3, 45. 32, 69. *ex Illyrico* 33, 47. *in Illyrico* 7, 155. 11, 255. 12, 47. 21, 40. 25, 71, 26, 87. et *proprie dicti Illyrii* 3, 144. *Illyrios* 6, 217. *rex Illyriorum* 25, 71. *Illyriorum regina* 34, 24. *ab Illyriis* 3, 102. Restant loci dubii 7, 123 ubi Sv(= R) *ab Ilhyriis*, Td *Illyricis* habent, et 7, 16 ubi Sv scripsit (*in*) *Illyriis*, quod tuetur Gellius 9, 4, codices (RTd) omnino omittunt, cum Rob. *illiricis* habeat.

maior tribuenda est, sed praestat ex R^1a^1d scripturam aliquam elicere, ut 2, 148 varietate lectionis considerata (*igne* Θd. *ne* R^1a^1. *ignibus* a^2 [ap. Sill. operarum vitio exstat *ignibus* a^1]. *igni* R^2[SJ]) potius *igne* scribendum sit (cf. p. 61 not. 1).

2. d^2.

Multo rarius quam Ra correctus est d. Sed etiam in hoc alterius manus[1]) additamenta partim ex alieno codice fluxisse, demonstrat dissensio T cumquo d alioqui prorsus conspirat. Sic 2, 53 pro ***Alyatte***, ut recte in d^1TRa est, d^2 posuit ***sub Alyatte***. Eadem manus 2, 84 addidit ***Mercurium***, quod recte deest in d^1TΘRa. 2, 95 d^2 (*β*) pro ***cretionem***, quod vocabulum TRΘa tuentur, posuit ***rationem***, priore verbo eraso. 2, 149 ***vehibilis*** pro ***vehis***, ut in d^1TRa est. 2, 188 ***diffiniere*** (*βγ*) pro ***finiere*** quod d^1TΘRa legunt.

Sed cum lectiones T non ubique sciamus, una vel altera varia lectio iam in archetypo Td exstitisse potest. Codex vero ex quo reliquae fluxerunt, interpolationibus adeo refertus erat, ut de auctoritate harum lectionum dubitari nequeat. Quamobrem praestat 2, 55 ex d^1R^1 scribere ***macte ingenio este***, quam cum Sv (= R^2d^2a) J ***macti*** (vid. Madvig. Lat. Sprachlehre p. XIII ed. 3.)

Codices vero omnes ex quibus hae secundae manus Rad hauserunt, tales fuerunt, quales ab editionibus principibus, ex quibus fere expressa est vulgata (*β*), et Roberto Crikeladensi usurpatos videmus et ad quos ex nostris codd. Burbonicus (N) et Parisinus h proxime accedunt. Sed hoc nunc monuisse sufficiat, cum de hac re, ubi ad editionem vulgatam venero, uberius sim expositurus.

Caput III.

De codicibus B V Rad.

§. 22.

De historia et orthographia codicis B.

Pervenimus ad codicem Bambergensem, in quo brevior esse possum quam in M fui, quoniam pretium eius statim postquam a Jano a. 1831 detectus est, ad unum omnes intellexerunt.

Codex B sex postremos libros continens, binis columnis, vicenis senis liniis, scriptura minuscula sed maiusculis nonnullis litteris mixta, exaratus est, ut Jano (in praefatione collationis editioni minori Silligia-

---

1) De hac re S ne verbum quidem dixit. Semel tantum 2, 78 ad vv. ***coloris altitudinem*** additamentum a manu seriori profectum esse monet.

nae adnexae) videbatur, decimo, ut Schneidewino (Nuntt. litt. Gotting. 1849 n. 181 p. 1804) saeculo nono. Scriptus est in Italia, ut Janus l. c. recte observavit, quod contra Schneidewini dubitationem testantur *i* litterae *s* saepe praefixa (cf. B 32, 114 *istrangulatas.* 35, 114 *iscola.* 37, 75 *ipseudosmaragd.*) *p* ante *s* et *t* omissa[1]) (cf. *silotrum* 32, 76. 135. 136. [sed ibidem bis *p*silotr. et *p*soricon 34, 119]. 34, 178. *soras* 34, 102. 103. *seudisomon* 36, 51. *tolemaei* 34, 148. *terygia* 34, 105 [contra *pterygia* 34, 178]*Aegyto* bis 35, 184) et *f* pro *ph* scripta (cf. *filocle* 35, 15. *epiforas* 35, 34. *graficen* 35, 77. *filoxenum* 35, 110. *antropografos* 35, 113. *afronitrum* [Vd] 35, 195. *ofiti* 36, 55.*efesius* B$^{\alpha}$ 36. 25.[2]) *porpyrites* 36, 57. *amforale* 37, 27. *Faetontem* 37, 31. 33. *Filemon* 47, 33. 36. *Sofocles* 37, 40. *filyras* 37, 48. *filone* 37, 168. *Chalcofonos* 37, 154. *Hefaetitis* 37, 166. *The(o)frast* 37, 193. *elefantorum* 37, 204.)

De orthographia codicis non tam accurate iudicari potest, quam de M, quoniam Janus in prima sua conlatione typis expressa illam per l. XXXII demum plane exegit, Silligius vero, cum res orthographicas adnotare fere supersederet, etiam ea aliquando neglexit quae Janus codice denuo inspecto et conparato (vid. Sill. praef. p. IV. V. et Jan. Nuntt. litt. Monac. 1853 April. n. 52 p. 421) cum eo communicaverat. nam etsi ipse Silligius praef. p. V lectores rogat, ne sicubi lectiones ab ipso commemoratas a collatione illa typis expressa discrepantes invenerint, hoc ipsius neglegentiae tribuant, sed factum hoc esse putent per secundam Jani lectionem, tamen in commentario Silligiano multa manifesto omissa sunt[3]), alia ita conparata sunt. ut utrum verum sit, dubites, cuius generis quae inveni haec sunt: 32, 1 *adiuvata* B$^{\alpha 1}$. 32, 2 *echenis* B$^{\alpha 1}$. 32, 63 *bellua* B$^{\alpha 1}$, *belluas* B$^{\alpha 2}$. 32, 58 *e dorso* Sv, *ex dorso* B$^{\alpha}$. 32, 62 *brittan.* B$^{\alpha}$. 32, 75 *coiectae* B^{1} ap. J in ed. Teubn. *v*

32, 75 *noum* B$^{\alpha}$. 32, 77 *ct per se* om. B$^{\alpha}$. 32, 107 *conbusta* Sv, *combustae* B$^{\alpha}$. 32, 111 *de qua* om. B$^{\alpha}$. 32, 111 *Fagi* B ap. S, *fagri* B$^{\alpha}$, *pagi* B ap. J in ed. Teubn. 32, 115 *amqua* B$^{\alpha 1}$ pro *aquam.* 32, 117 *putres facti* B$^{\alpha}$. 32, 121 *vilium* B^{1} ap. S, *vilium* B$^{\alpha}$. 32, 123 (*satiatae*) *et* deest in B$^{\alpha}$. 32, 129 *scabritiam* in B$^{\alpha}$ non omittitur. 33, 4 *carius* Sv, *cariora* B$^{\alpha}$. 33, 41 *admissionis* B ap. S, sic B$^{\alpha 2}$, *admissionem* B$^{\alpha 1}$. 33, 42 *dicuntur* om. B$^{\alpha}$. 33, 47 *novissime* B ap S, *et nov.* B$^{\alpha}$J. 33, 53 *argenteo* Sv, *etiam arg.* B$^{\alpha}$. ibid. *in munic. aemulantur* Sv, *im munic. emul.*

---

1) quamobrem fortasse verior scriptura *ptisana* est, interdum a S accita, a J ubique spreta, quamquam B 32, 129. 33, 109 *tisana* exhibet.

2) B$^{\alpha}$ significat Jani conlationem in fine editionis minoris Silligianae.

3) Huc pertinet etiam 35, 116 ubi lectio *studio* pro *Ludio* ab Urlichsio in chrest. p. 367 adlata a Silligio omissa est.

B^{α}. 33, 54 *Brittania* B^{α}. 33, 57 *varia* B ap. S, *variae* $B^{\alpha 2}$. 33, 70 *spatia* Sv, *spa tia* cum rasura ante *t* B^{α}. ibid. *subito* Sv, *subdito* $B^{\alpha 1}$. 33, 73 *incredibile* $B^{\alpha 1}$. 33,75 *opturamentis* Sv, *optura. mertis* B^{α}. 33, 76 *canalis* B^{1} ap. S, *canali* $B^{\alpha 1}$. 33, 80 *tricensima* B^{α}. 33, 81 *ratio* $B^{\alpha 1}$. 33, 83 *rapina* B ap. S, *rapinam* B^{α}. ibid. *posuit sibi* B ap. S, *sibi posuit sibi* B^{α}. . 33, 88 S dicit v. *cogentia* §. 89 post vocem *pictores* legi, sed in B^{α} legitur post v. *tinxere* et §. 88 quoque suo loco exstare videtur. 33, 103 *abigitur* B ap. S, *abigiturque* B^{α}. 33, 105 *myrteo* Sv, *murteo* B^{α}. 33, 134 *paulantem callistum paulantem* B ap. S, *paulantem* B^{α}. 33, 141 *at* Sv, *a* (*trusus*) B^{α}. 33, 151 *currus* Sv, *curruus* B^{α}. 33, 159 *Achaia* Sv, *acaia* B^{α}. 33. 164 *mercatus* Sv, *mergatus* B^{α}. 34, 2 *longo* Sv, *longe* B^{α}. 34, 4 *dupond.* B^{1} ap S, *dupund.* $B^{\alpha 1}$. 34, 6 *cum eo* B ap. S, om. B^{α} addito *esse*. 34, 8 *aegenetic.* B ap. S, *agen.* B^{α}. 34, 15 *dis* Sv, *diis* B^{α}. 34, 15 *Romae* Sv, om. B^{α}(?). ibid *nomen* B ap. S, *nomen non* B^{α}. 34, 31 *statua* B ap. S, *stua* B^{α}. 34, 34 *luxuria* B ap S, *luxurias* B^{α}. 34. 66 *Thespis* B ap. S, *Therpis* B^{α}. 34. 80 *epityusam* B ap. S, *ephit.* B^{α}. 35, 84 *sex annos* B^{1} ap. S, *sex anno* $B^{\alpha 1}$ et B^{1} ap. J in ed. Teubn., *sexennis* B ap U. chrest. p. 330. 34, 89 *Phalaride* Sv. *Phalaryde* B^{α}. 34, 108 *nominibus* B ap. S, *nomina* B^{α}. 34, 135 *difrygem* B ap. S, *difrugem* B^{α}. 34, 137 *messallae* B ap. S, *mesallae* $B^{\alpha 1}$. 34, 148 *Cantabria* Sv, *cantabri* B^{α}. 34, 154 *emoroidas* B ap. S, *emmorroid.* B^{α}. 34. 163 *luxuria* B ap. S. *luxuriam* B^{α}. 34, 175 *danefficinae* B ap. S, *dantaeff.* B^{α}. 35, 27 *dependet* B ap. S. *dependit* B^{α}. 35, 36 *Paretonium* B ap. S, *Paraet.* B^{α}. 35, 39 (*adulterina*) *et* B ap. S, *et ex* B^{α} *et* B ap. J in ed. Teubn. 35, 48 *novicii* B ap. S, *novici* B^{α}. 35, 72 *talem* B ap. S, *ratem* B^{α} *tantem* B ap. J in ed. T. 35, 105 *multorum* B (?) ap. S, *murorum* B ap. J in ed. T. 35, 120 *Priscus* B ap. S, *Eriscus* B^{α}. 35, 125 *e nobiliss.* Sv, *et nob.* B^{α}. 35, 142 *crocodill.* B ap. S, *corcod.* B^{α}. 35, 199. 200 *proavi sed* Sv, *proavis! et* B^{α}. 36, 9 *scalpendo* est et in $B^{\alpha 1}$. 36, 20 *semet* Sv, *semet et* B^{α}. 36, 30 *circumitu* B ap. S, *circumitur* B^{α}. 36, 42 *et* Sv, om. cum ceteris B^{α}. 36, 137 *spongeos.* Sv, *spongios.* B^{α}. ibid. *sunt* Sv, *sint* B^{α}. 36, 143 *(et) sunt* Sv, *unt* B^{α}. 36, 158 *potioremque ex* B ap. S, *expotioremque* B^{α}. ibid. *faciunt* Sv, *iaciunt* B^{α}. 36, 161 *maiori* Sv, *maiorae* B^{α}. 36, 169 *(est) e* Sv, om. B^{α}. 36, 170 *restiterint* Sv, *resisterent* B^{α}. 36, 178 *eadem* $B^{\alpha 1}$. 36, 183 *inlustrem* B ap. S, *illustr.* B^{α}. 36, 191 *translucentis* Sv, *traluc.* B^{1} ap. J in ed. T. 36, 196 *materia* B ap. S, *materiae* B^{α}. 37, 8 *Pyrgotele* Sv, *purgot.* B^{α}. 37, 23 *alibi* B ap. S, sic $B^{\alpha 2}$, *aliubi* $B^{\alpha 1}$. 37, 25 *Ephesius* B ap. S, *efes.* B^{α}. 37, 28 *vitio* Sv, *vitia* B^{α}. 37, 35 *Britannia* Sv, *Britann.* B^{α}. 37, 37 *promunctoria* B ap. S, *promunturia* $B^{\alpha 1}$, *promuncturia* $B^{\alpha 2}$, *promuntoria* B^{1} (B^{2}. . . . *unct.*) ap. J in ed. T. 37, 40 *fluere* B ap S, sic $B^{\alpha 2}$, *fluuere* $B^{\alpha 1}$. 37, 43 *oboris* B ap. S, *roboris* B^{α}. 37, 46 *translucent.* Sv, *tral.* $B^{\alpha 1}$. 37, 47

(ex)iis B ap. S, *is*, $B^{\alpha 1}$. ibid. *(in)iis* B ap. S, *is* $B^{\alpha 1}$. 37, 50 *hoc nomine* B ap. S, *in h. n.* B^{α}. 37, 52 *sucinis* B ap. S, *succ.* B^{α}. 37, 65 *collibus* B ap. S, *in collib.* B^{α}. 37, 75 *reliquit* Sv, *reliquid* B^{α}. 37, 81 *sulphuris* B ap. S, *sulpur.* B ap. J. in ed. T. 37, 82 *abrosa* B ap. S, *abrossa* B^{α}. 37, 86 *candore in sarda* Sv, *in candores sarda* B^{α}. 37, 88 *his* B ap. S, om. B^{α}. 37, 110 *adhaeresunt* B^{1} ap. S, *adhaerescunt* B^{α}. 37, 117 *(in)iis* B ap. S. *is* B^{α}. ibid. *(et quae) ceteris* B ap. S. *cetera* B^{α}. 37, 118 *amaleto* B ap. S, *amuleto* B^{α}. 37, 120 *saphiri* B ap. S, sic $B^{\alpha 2}$. *sapiri* $B^{\alpha 1}$ et B^{1} ap. J in ed. T. 37, 130 *ubi tenites* om. B^{α} 37, 138 *distinguentib.* B ap. S, *dest.* B^{α}. 37, 139 *sapphiri* Sv, *sappiri* B^{1} ap. J in ed. T. 37, 148 *caerulea* B ap. S, *caerulaea* B^{α}. 36, 149 *ab (Trogod.)* B ap. S, *ex* B^{α}. 37, 155 *(ex)iis* B ap. S, *is* $B^{\alpha 1}$. 37, 170 *cuti* B ap. S, *cute* B^{α}. 37, 174 *limbo* B ap. S, *lembo* B^{α}. 37, 180 *praegnantis* Sv, *praegnas* $B^{\alpha 1}$, *praegnantes* $B^{\alpha 2}$, testante etiam Jano in ed. T. 37, 192 *mendacia* B ap. S, *mendaciam* $B^{\alpha 1}$. 37, 193 *Theophrastus* Sv, *Thefr.* $B^{\alpha 1}$, *Theofr.* $B^{\alpha 2}$.

Hinc adparet, inprimis in rebus orthographicis multa ex Silligiano commentario accurate cognosci non posse et hanc partem dignam esse quae ad alteram Jani conlationem Silligio traditam denuo excutiatur; tamen imago quaedam orthographiae codicis B adumbrari potest, qua in re eundem ordinem tenebo quem in M observavi, ut lectores sponte intellegant, plurima his duobus codicibus communia esse. Secuntur igitur primum singula vocabula [1]):

adips 32, 125. 130. sic et M 11, 213. 214. vid. Schneider. ad Columell. VI 38, 4.

adulescens 33, 152. — *adolevit* SvJ 33, 39. cf *adolevere* (*adul.* SvJ) M 13, 58. *adolescentia* Rd (*adul.* SvJ) 11, 20.

alibi 33, 1. Bv 33, 74. 37, 23. 75. et sic M p. 85, 19. 96, 6. 98, 15. 129, 15. 135, 17. 210, 26. 241, 2. — *alibe* B^{1} 34, 144 bis. *alibei* 33, 1 bis et sic fuisse videtur 33, 22 ubi bis *alib i*, erasa una littera ante *i* (*alibe* V) et 32, 42 ubi similiter rasura post *b*, quamquam J ad B videri fuisse *alibui* pro *aliubi* putat. — *aliubi* 36, 59 (VRd. *alibi* S). 37, 90. 37, 135 (Pd), et sic M p. 4, 6 (*alibi* S). 26 (a). 48, 21. 59, 18 (RdJ. *alibi* S). 94, 22 bis (*alibi* d). 138, 8 (J. *alibi* Sv). 170, 10 (a J. *alibi* TdS). praeterea legitur 2, 120. 193 (RJ. *alibi* S). 207 (?) ter. 208. 3, 16 bis. 4. 90. 11, 33 bis.

---

1) Bv significat lectionem adpositam ex silentio conligi, quoniam, ubi nihil a Jano adnotatum est, codex Bambergensis cum Harduini editione consentit; sed illud silentium in rebus orthographicis, praeterquam libro XXXII, aliquando fallere, supra significavi. $B\alpha$ significat Jani codicis B conlationem in Sillig. ed. min. (1836) vol. V p. 339 sqq. Lectiones B^{2} ut futiles plerumque omisi. Codices in uncis inclusi eandem qualem B lectionem exhibent.

12, 58. 13, 4. 14, 14 bis. — *aliube* bis B^1 ap. S (*aliubi* . . *aliube* $B^{\alpha 1}$) 33, 80. 34, 145. 35, 178. 36, 200 sexies et sic M p. 125, 13.

alium (V) 32, 128. 36, 79. vid. p. 4 et Wagner. orthogr. Verg. p. 416.

allex. hallec (*c* ex corr., videtur fuisse *x*. *allex* J. *alex* Sv, *halpex* Td, *alpex* VR) 32, 127. *hallex* B^1V (*alex* Rd, *hallec* B^2) 32, 128. [*alex* Rd, *allex* V 31, 95. *allex* V 31, 96]. cf. Schneidew. Martial. p. X.

aneto (TSJ. *anetho* VRΘd) 32, 101 et sic Ma (*anetho* SvJ) 13, 123. — *anetho* Bv (*aneto* SvJ) 32, 94.

anulus 33, 18. 20. 34. 150. 35, 48. 37, 9. 17. vid. p. 4.

apsinthium (*abs*. RVd) 32. 100 et sic Sv 2, 232. 18, 305. 20, 15. 21, 135. 160. 22, 147. 23. 146. 26, 91. 27, 45 bis. 47. 52. 53. 28, 203. sed *abs*. Rd 11, 194. Ma p. 89, 2 = 12, 31. M ter (J. aps. Sv) 14, 109. Ps. — App. 19, 179. 186. ad 20, 65. R 22, 65. V 23, 53 bis. 123. ΘVRTad 25, 145. V 26, 124. Vd 26, 151. V 29, 133. Ad 32, 100 Sill. relegat ad Schneider. gr. lat. I 1, 219, sed quae ibi leguntur, ostendunt, usum in exprimendo graeco ψ admodum fluctuasse, et cum reliqui scriptores qui ibi adferuntur, de h. v. taceant, Marius Vict. ap. Schneider. p. 224 nominatim *a b sinthium* scribendum esse pronuntiat.

artus (adi.) 37, 1.

auctor 35, 70. *auctoritas* 35, 59.

aurichalcum 34, 2 (R[Td]). Sv 34, 4. — *orich*. 37, 126, ubi Pdh *aurich*. Vid. Schneider. gr. lat. I 1 p. 59.

autumnus 32, 95. — *auctumni* 32, 76. *auctumnali* Sv (*aut*. Jv) 37, 116.

baca 32, 22. 23.

belua 32, 134. *bellua* $B^{\alpha 1}$ (*belluas* $B^{\alpha 2}$. *beluas* B^2 ap. S. *belua* Sv) 32, 53.

bracchia 32, 12. 101. 139. 148. 149. *bracchialib*.. 32, 8.

brattea 33, 25 (*brattias* 33. 61). 65. 100 bis. 34, 94. 37, 105. 106.

Brittania B^{α} (Britan. SvJ) 33, 24. 54. 34, 164. 37, 35. *Brittanic*. B^{α} 32, 62.

bybliotheca 35, 9. 10 et sic inscriptt. Or. 40. 41. vid. Halm. ad Tac. dial. 37, 7. sed *biblioth*. M p. 145, 7.

camara 33, 52 ubi Jan. „B ubique, inquit, hanc exhibet scripturam eamque commendat vox graeca *καμάρα*. vid. Schneider. gr. lat. I 1 p. 9.“ 33, 57 (R). 34, 101 bis. 102. 35, 124 (V). 36. 189 ter. *concamarare* (VR) 34, 148. [acd 14, 16. *concava ratione* pro *concamar*. RTd 11, 22.] Vid. p. 4, Charis. I 17, 14 p. 43 L. et Fest. p. 34 L. quaeque ibi notata sunt. De forma *cam a ra* tacet Corssen. l. c. I 274.

Cephallania 32, 18 ubi Sill. conferri iubet Sigon. et Drakenb. ad Liv. 38, 28. vid. etiam Koehler. Qua ratione T. Livii annalibus etc. p. 87 sq.

comminus 34, 70. 138. 35, 17.
cotecula (J. cotic. S) 37, 140. cf. *lentecula* (J) 37, 147. 196.
cotidie 32, 88. 33, 17. 35, 7. 37, 41. vid. p. 4.
Deiana 34, 53. 36, 32 et sic inscript. Or. — H 7303. — *Diana* Bv 35, 93. B 35, 109.
Delmatia 33, 67. vid. p. 4. 63.
epistula 33, 12. 37, 10. — *epistol.* 33, 39.
feruminare 33, 93 bis. 34, 107. 116 (B^2 35, 182). 36, 199. (sic et M p. 54, 20 = 11, 214). *ferumine* 36, 176. 37, 28. — *ferr.* B ap. S 34, 136.
figlinus (RSJ. *figul.* Vdπ) 34, 113. B ap. S (SJ. *figul.* VRd) 34, 170. BSvJ 35, 159. 162 [*frigl.* pro *figl.* B 35, 66]. et sic M (adS. *figul.* J) 15, 64. contra *figul.* (J. *figl.* Sv) 34, 133. M (J. *figl.* Sv) 15, 60. [*figil.* B^1. *figul.* B^2SJ. *figl.* d 36, 189]. Or. inscr. 935. Cf. *tabulina* (Rd) 35, 7. *sabulum* 35, 170. 36, 188, sed *sablum* 35, 168. *sabulos.* 35, 170. M p. 125, 5 = 13, 28. *nuculeo* (J. *nucl.* Sv) 37, 161, sed *nucl.* 34, 144. Vid. Jan. ad B 33 s. 30 not. 2 p. 376.
Gaius 32, 4 bis. 33, 53. 35, 18. 36, 74 (V). B^{α} 36, 111 et sic M p. 46, 15 = 11, 189. *C.* B^1 (G. B^2) 33, 33 et sic M 11, 245 = p. 65, 9 (SJ). 13, 22 = p. 123, 2 (*Gaium* SJ). 14, 64 = p. 202, 4 (*Gaius* SJ). *Caius* B^{α} (*G.* B ap. S, *C.* S, *Gaius* J) 36, 70. Bv 33, 79. 36, 122.
ilico 34, 151 (V). sic et R 2, 145. vid. p. 4.
immo 33, 3. — *imo* Bv 32, 26. 35, 58 (?).
intellegere 32, 63. 142. 33, 8. 11. 22. 27. 34, 38. 35, 33. 38. 183. 190. 36, 58. 110. 37, 16. — *intelligi* 35, 33. cf. *interemi* B^1J 32, 14 (ubi vid. J), sed *adimi* Bv 32, 26. vid. p. 6.
lamna 33, 94. 121. 152. 37, 53 et sic M 13, 94. Md 14, 130. — *lamina* Bv 34, 164. 166. 167. 170.
lanterna 37, 132. vid. Schneider. gr. lat. I, 464.
litterae 33, 122 — *literae* B^{α} (litt. B ap. S) 37, 138. *obliteratio* 34, 47. (VR) 36, 27. Bv 36, 79. *oblitterari* 36, 42. vid. p. 5.
litora 37, 45. 177. 201.
Messalla B^1 33, 50. *mesallae* $B^{\alpha 1}$ (*mess.* $B^{\alpha 2}$. *messallae* B ap. S) 34, 137. — *Messala* ind. l. XXXIV. XXXV. 35, 21 (Rd. *Messalla* V). Bv 34, 22. 35, 8 bis. 22. 37, 13. *Messalin.* Bv 32, 123 (M ind. l. XIV. XV.)
milia 33, 30. 78. 135. 35, 15. 36, 78. — *millia* 36, 76. *millibus* Bv 32, 142.
monimentum 35, 7 (SJ. 35, 109 (S. *u* J). (SJ) 36, 23. 25. 31. 91. 168. 37, 180 et sic M p. 150, 22. RSJ 2, 154. ASJ 4, 102. SvJ 7, 74. 76. 8, 174. 175. 12, 11. 13, 21. 25, 87. 29, 11. 30, 5. inscriptt. Or. 3109, 4. 3202. 4353 (vid. ad h. t. Henzen. p. 473). Or. — H. 6738. — *monument.* BvJ 34, 57. B ap. S (*i* SJ) 36, 24. 33. [*monim.*

J, *u* Sv, *momentorum* B 34, 99] et sic M (*i* SJ) p. 122, 10. 144, 16. RTadSJ 2, 147. SvJ 3, 151. vid. Henzen. ind. p. 196. Wagner. orthogr. Verg. s. v. et infra s. *tegimentum*.

neclecta 34, 99. 35, 5. 36, 188 (M p. 186, 11, sed *negl.* p. 196, 15).

paulum (SJ) 37, 113. *paulo* (S. *paullo* J) 37, 76. (SJ) 37, 119. Bv (*paullo* Jv) 37, 164. *paulatim* (VRTdS. *paull.* Jv) 34, 134. BvS (*paull.* J) 34, 135. 37, 70. — *paullum* 34, 157. 36, 104. *paullisper* (ras. post *u*) [J] 34, 154. *paullo* 33, 116. *Paullus* 33, 142.

praegnatia 32, 59. *praegnas* (°*nates* J, °*nantes* Sv) 37, 180. vid. p. 6 et Jan. ad vol. IV p. 22, 1.

pusula 32, 98 (ubi vid. Sill.). 107. 34, 153. 37, 98 (ubi vid. Jan.) — *pust.* 35, 195.

peduculi ind. l. XXXII not. 49. 32, 77 (ubi vid. J). sic et M 13, 55. — *pedic.* BTd (*peduc.* VR) 32, 89.

Polio 35, 10. (vid. Lachm. ad Lucret. I, 313). — *Pollio* Bv 33, 144 (*Polio* π). 36, 23. 24. 32. 33. B ap. S 36, 57.

quattuor 32, 82. 84. 85. 86. 133. 142. 34, 149. B ap. S 36, 196. — *quatuor* 32, 85. Bv 32, 101. B 36, 80. vid. p. 5.

quicquam 34. 159. 36, 151. 37, 22. 117. (SvJ 37, 32). et sic M p. 247, 2. — *quidquid* 32, 58. 34, 178. 37, 31.

relegione 36, 43. (vid. J. ad IV p. 212, 32). — *reliquiae* 34, 171. 36, 91. — *Sallust.* 32, 80 Sv 34, 3. — *scripulus* 34, 94. — *sollertia* 32, 13. 36, 192.

stannum BvS (*stagn* VRhJ) 34, 160. — *stagnum* (VRJ. *stann.* S) 33, 94. (V) 33, 94. (Vd) 33, 130. (VR) 34, 159.

sucus 32, 38 bis. 39. 45. 48. 58. 61. 75 bis. 77. 78 bis. 89. 90. 117. 124. 137. 33, 63. 161. 163. 34, 118. 35, 184. 36, 147. 37, 43. 171. 204. *sucinum* 36, 1. 37, 30. 32. 43. 45. 49. 50 bis. 51. 204. — *succus* Bv 32, 80. *succinum* 37, 45. 52.

tegimentum (VRΘSJ) 32, 34. (*regim.* V) 32, 34. — *tegum.* (VR. *tegim.* SJ) 32, 39 et M p. 46, 2. Cf. *docimentum* M p. 251, 17 et cod. Med. Tac. A. 15, 27, 6. *docum.* Sv 3, 152. vid. s. *monimentum*.

terebinthus (Rd) 34, 115. Bv 34, 133 et sic M p. 27, 2 (11, 77). Sv 12, 25. 56. 13, 8. 14, 122 bis. 16, 55. 58. 73. 80. 98. 106. 204. (a) 205. 231. 233. 245. 23, 144. 24, 27. 32. 34. 35. 27, 20. 28, 205 (d[VR]). 252 (V). 30, 40. 75. 114. 31, 121. sed *terebenth.* V 23, 144. 30, 114. Vψ 31, 121. Vπ 34, 115. M p. 112, 22 = 12, 121. p. 137, 4 = 13, 54. p. 164, 9 = 13, 115. p. 212, 17 = 14, 112. B 35, 176.

Thracia 33, 66. — *Trogodyt.* 37, 107. 108. 149. 167. vid. p. 5.

tus 32, 107. 33, 102. 34, 113. 37, 36. 171. 204. — *Vergil.* 35, 40.

zmaragdus 33, 5 (VRd). 37, 62, ubi Sill. addit „sic ubique.“ sed *sma-*

ragd. exstat 37, 6. 66. 73. 74. 75 ter. 80. 114. 124. 139. 172. 197. 204. vid. de vocibus a *sm* incipientibus Sill. ad. 32, 151.

zmarides ind. l. XXXII not. 71. 32, 128 (Vd). 152. [*zmar.* RV. *mar.* B 32, 129. *zmar.* B^2. *zemar.* VRT^1d. *marid.* B^1 32, 108].

zmyrna 33, 129 (Rd). 35, 37. 36, 33 (V).

ae, *e*, *oe* saepe in eodem vocabulo variant. legitur *caelum* 34, 143. 36, 169. — *coena* Bv (*cen.* SvJ) 35, 89. B 36, 4. Bv 36, 184. *coenatione* Bv 36, 60. *coenacula* B^{α} (*cen.* B ap. S, SJ) 36, 88. *caena* et *caenare* 33, 82. *cenae* B ap. S 33, 112. [*genitavisse* pro *cen.* 33, 143. *generum* pro *cenarum* 35, 162]. — *cepa* 36, 79. — *ceteri* (sic semper) Bv 32, 85. B 35, 175. — *caeruleus* 37, 116. 148. 151. (161), sed *cer.* 35, 46. Bv 35, 47 bis. 49. — *caespite* 33, 68. 77. — *faenus* 33, 28. 48. 133. 36, 108. *faeneralor* 33, 19. — *faetid.* 32, 82. *fecund.* 34, 62. 35, 11. 37, 162. — *effetas* 37, 13. — *glaeba* B ap. S 35, 175. B 36, 50. 37, 194. 36, 191 ubi *graeb.* pro *glaeb.*). sic et M p. 107, 3. sed *gleb.* B^{α} (*glaeb.* B ap. S) 36, 177. B^{α} 37, 193. Bv 35, 31. — *haedorum* 37, 48 et sic M (J) p. 62, 10. — *levare* (= *laevigare*) 36, 52 (ubi vid. J ad B). 136. 139. 154. *levis* (J) 37, 191. *levor* 37, 56 (*livor* = *levor* M p. 149, 3). sed *laevor* (S. *lev.* J) 37, 26. — *maena* Bv 32, 126. *mena* 32, 88. 100. 105. 107. 128 bis. 130. 149. — *moestos* Bv (*maest.* SvJ) 35, 73. — *musaeum* 36, 154. 37, 14. — *paene* 32, 87. 34, 56, sed *poene* 33, 147. *paenuria* 32, 23. 33, 51. — *poena* BvJ (*paen.* S) 32, 134. 33, 22. 35, 109, sed *paena* B^{α} (*poen.* SvJ) 33, 42. *poenitet* BvJ (*paen.* S) 35, 157. *poenitentia* 34, 140, *paenitendo* 32, 13. (*pen.* 35, 141). — *proelium* 34, 66. 35, 22 bis. 76. 142. 36, 118. sic et M p. 220, 13. *prael.* Bv. 35, 57 (?). 105. 110. 129. — *pretium* Bv 33, 5. B 34, 63 bis. 161. 35, 32. 45. 62. 37, 67. 204. et sic M p. 90, 2. 95, 13. 24. 103, 4. 104, 7. 12. 105, 3. 106, 10. 107, 5. 26. 111, 24. 113, 23. 114, 19. 119, 6. 217, 13. *praetium* 32, 32. 33, 4 ter. 34, 161. 35, 61. 36, 195. 37, 1. 47. 49 (?). 205. [*pret.* B^{α}, *prael.* B ap. S 36, 3]. et sic M p. 92, 1. 97, 17. 102, 14. 119, 24. 143, 12. 26. 154, 19. 164, 15. 185, 11. — *vesana* B^{α} (*vaes.* B ap. S) 36, 93. — *saeculum* 33, 3. 36, 86. 37, 19. sic et M p. 207, 17. sed *sec.* 33, 7. — *sepia* (*saep.* SJ) Bv 32, 67. 85. 89. 100. 103 bis. B 32, 125. Bv 32, 141. 151. 35, 43 et sic M p. 9, 22 = 11, 8. p. 49, 7 = 11, 199. *saep.* 32, 71. — *scaena* (J) 33, 53. 34, 36. 35, 19. 23 (SJ) 35, 65. 113. 36, 114. 117. 189. *scena* B ap. S 35, 141. vid. Henzen. ind. ad Or. p. 196[a] s. v.

Etiam *e* et *i* saepe in iisdem vocabulis mutantur. vid. *Alexandria* 32, 150 (BvSJ). 34, 148 (BRSJ. ^{o}*drea* V). 36, 67 (BVRdSU. ^{o}*drea* Jv). 36, 83 (SvU. ^{o}*ea* Jv). 36, 128 (SvJ). et sic M p. 144, 11 = 13, 69 [sed ibid. lin. 9 fortasse ex dittographia *Alexandrea*]. p. 145, 3 = 13, 70. contra *Alexandrea* (SJ. ^{o}*ia* U) 35, 10. 93 (R). 131 (U). 36, 69. — *cadmea* 34, 2. 100.

103. 117. 119. 169. *cadmia* 34, 128. Bv 34, 130. — *calceare* Bv 32, 310. *calceament.* Bv 36, 131. (*calceamina* M 15, 34). sed *calciare* (VR) 36, 41. [*calciament.* SvJ 2, 211]. — *Cassandream* 35, 167. — *Dareus* 14, 68 et sic Θa^1 13, 3. sed *Darius* Sv (4, 76. 6, 41. 116. 133. 165. 7, 108. 18, 144.) 33, 137. 35, 110. 36, 132. — *linea* Bv (*linia* SvJ) 32, 13. 33, 75. 98. 139. 35, 6. 16. 81. 82 bis. 84. 151. 36, 51. B ap. S 35, 15. 83. B 37, 153. 189. [ARad 2, 196]. *lineamenta* Bv 35, 92. *delineavit* Bv 35, 89. sed *liniis* B ap. S 35, 67. *leinias* 32, 13. *liniamenta* 35, 145. — *Media* 35, 26. 136 (VR). 137. 145. 37, 173 bis. vid. Sill. ad 25, 10. Jan. ad 7, 126 et ad vol. V p. 72, 17. — *Polyclitus* (SJ) 34, 49. 50. 53. 55. 58. 64. 68. 72. sed *Polyclet.* (S. ^{o}*clit.* J) 34, 10. — *Praxitelia* 36, 22. 26. — *spongea* 34, 168. 35, 103. 187. 36, 143. *spongios.* Bv 34, 120. 36, 155. B$^{\alpha}$ 36, 137.

Similiter *i*, *u*, *y* variant. sic scriptum est *aestimare* 32, 153. 33, 7. 35, 18. 25. 28. 70. 158. 37, 19. *existimare* 32, 69 (Bv). 33, 5. 34, 63. 35, 94. 37, 77. 170 et ita M ubique exhibet. vid. *aestimare* p. 101, 8. 221, 20. *existimare* p. 9, 1. 14, 18. 17, 25. 28, 14. 19, 9. 203, 8 unde factum est, ut J inde a l. XI hanc scripturam revocaret (vid. Jan. praef. vol. II, p. IV). sed *aestum.* 36, 122. *existum.* 32, 18. 31. 49. 86. 134. [*estuma estimatum* 37, 82]. — *berulli* B^{1}J (*berilli* B^2. *berylli* Sv) 37, 76. (ibid. *chrysoberulli* B^{1}J). 79, 157. — *clipeus* 35, 4. 13. (Vd) 54. *clup.* 35, 12 bis. 14. B ap. S (*clip.* V) 35, 59. *clyp.* Bv 35, 13 bis. 14. 54. vid. Charis. I, p. 59, §. 46 L. — *filyras* 37, 48 (*philyr.* M 13, 74. J 19, 31), — *inclutus* 34, 69 (*inclit.* B^2. *y* Vd$\beta\gamma$) 36, 33. [*inculto* = *incluto* 33, 52] et sic SvR 3, 60. AR (*y* d$\beta\gamma$) 3, 131. R 4, 18. Sv 6, 46 bis. 21, 44 (*y* d). cod. Med. Tac. A. IV, 84. Inscript. Or. – H. 5751, 17. sed *inclit.* A (*y* Rd$\beta\gamma$) 3, 103. AR 4, 33. *inclyt.* M p. 124, 15. cod. Med. Tac. A. IV, 83, 8. vid. Wagner. l. c. — *Lanivi* B^{1}UJ (*u* S) 35, 17. — *murra* 32, 101. 34, 153. 35, 181. 37, 139. 145. 174. 204. sed *myrrae* 37, 145. *murrina* 35, 158 (V). 163. *murianam* (*murrina* SJ) 36, 198. *myrrhin.* B (J. *murrin.* Sv) 37, 18 bis. 20. 21. 30. (49 Bv). 204. *sobolis* Bv (*sub.* SvJU) 33. 52. 35, 12. — *Sulla* 33, 16. 134. 144. 34, 26. 35, 200. 36, 45. 116. 37, 9. 11. *Syllae* 33, 113. 146. *Syllanam* M p. 153, 1 = 13, 88. p. 201, 4 = 14, 62. (*se illa* pro *Sulla* B^1, *Silla* B^2 36, 189). — *quadriped.* 32, 119. B^1 ap. S 35, 95. B 35, 133. 36, 151. et sic M p. 35, 7. 58, 22. 64, 26. 65, 19. 67, 5. 69, 9. 71, 11. 103, 15. 171, 2. 242, 9 (ubi a *quadrup.*, sed *quadrup.* M p. 124, 25. (Td 11, 155. R^2 11, 159. acd 19, 152). Sed, ut hoc in universum addam, omnes codd. has vocales saepe confundunt, quamquam in nonnullis vocabulis a volgari scribendi ratione recedentibus fortasse veram scripturam repraesentant. vid. §. 6 et *i* pro *u*: *diximus* a 12, 111. *strictura* ad 13, 112. *furtinis* (= *for-*

tunis) V 26, 3. B *tollit* (= *tollunt*) 33, 67. *Lysippis* 34, 63. *delibro* 36, 26. — *i* pro *y*: *sicites* acd 14, 102. *spondilion* Ra 12, 128. B *calice* 32, 39. *siricum* 35, 30 (VR). 35, 40. — *u* pro *i*: *carbonibus* (= *carboni vis*) B 33, 94. *siruc.* B 35, 40. — *u* pro *y*: *Japudum* ARd 3, 127. *Japudiam* ARd 3, 129. *Didumaeo* A 6, 49. *Suene* R 12, 19. *sibullam* R 13, 88. *philuras* Rad 13, 74. B *muris* 32, 17. *Murinam* 32, 59. *muiscas* 32, 98. *puxides* 32, 135. *crustallin.* 33, 5. *murteo* 33, 105. *hydrarguro* 33, 125. *Ludium* 33, 160. *Surac.* 34, 13. *astulon* 34, 79. *Numphodorus* 34, 104. *sanduce* 35, 40. *Erutallis* (*Eryth.* in ind.) B[1] 37, 160.

m in conpositione servatur (vid. p. 5) in

dumtaxat Bv 32, 8. — *numquam* 33, 147. 36, 176. 37, 15. 21. 57. sed *unquam* 36, 102. — *quicumque* 37, 50. *quaecumque* (?) Bv 32, 49. *cuiuscumque* 32, 141. *quamquam* 37, 202. *quocumque* Bv (?) 32, 6. B 32, 53. 36, 26. 37, 48. *quacumque* 37, 203. — *tamquam* 35, 165, sed *tanquam* B ap. S (?) 32, 14. — *utrimque* 36, 68. 37, 57. — *venumdat.* 35, 136, sed *venundabat.* 35, 33.

n contra scribitur in

aliquandiu 33, 34, sed *aliumde* ter 37, 197. — *eundem* 32, 136. 154. 33, 13. *eandem* 32, 72. 33, 80. 37, 8. — *quandiu* 36, 147, sed *quarumdam* 36, 88. *quorumdam* 36, 37. sed *quemdam* 36, 21. aliquando *etiannum* exstat: 32, 49. 33, 28. 31. 36. 61. 76. 79. 112. 35, 16. 36, 2. 26. 42. 37, 96 et *etiannunc* 33, 42. 35, 160. 172, sed *etiamnum* Bv 32, 53. B 33, 43. Bv. 33, 133. 158. B 34, 36. Bv 34, 98. 119. 128. 134. 137. B 35, 158. Bv 36, 9. B 36, 84. 188. 194. 37, 70. 107. *etiamnunc* 33, 161 (VRdJ. °*num* hS). Bv 34, 20. 35, 169.

n additur ante *s* in numeralibus: *duodevicens* 35, 55. *vicensim.* 37, 205. *tricens.* 33, 80. *quinquagens.* B ap. S 35, 101. sed *vicesima* 34, 98. *nonages.* Bv 35, 58. *centesim.* 35, 78. — *quotiens* 32, 15. 133. 34, 108. 122. 35, 44. *totiens* 36, 101. 155. 37, 129.

p scribitur inter *m* et *t*: *adsumpt.* B ap. S 35, 195. *coempt.* 34. 97. *consumpt.* 35, 83. 36, 69. *contemptu* 37, 124. *empt.* 33, 43. 36, 103. 37, 18. 20. *exempt.* Bv. 32, 22. 75. 118. B 32, 109. [37, 79 *exempla* pro °*pta*]. *intemptat.* 34, 171. *interempt.* 37, 9. *redemptor* 34, 14. *sumpt.* Bv 32, 29. 33. 58. 90. 93 bis. 101. 109. 118. 129 bis. 139. B 32, 58. 118. 34, 177. *temptat.* 33, 79. sed *ademtis* 32, 101. *contentio* = *contemptio* 37, 41. *sumta* 34, 177.

i alteri *i* insidens in conpositis verbi *iacere* plerumque omittitur (vid. p. 6): *adicere* 32, 30. 54. 110. 152. 33, 181 (V). 36, 48. *abici* 32, 50. *conicient.* 32, 27. *eici* 37, 36. *subiciam* 32, 20. 62. B

ap. S 36, 187. *reicere* 32, 24. 36, 112. — *adiiceret* B ap. S 35, 82. *adiiciatur* B$^{\alpha}$ (*adic.* B ap. S) 35, 195. *reiicientib.* 35, 34.

Superlativus in *umus* finitus est: *decuma* 33, 80. 34, 110. *optume* 32, 19. 31. 33, 94. 128. 34, 66. 36, 60. contra saepissime in *imus: maxime* Bv 32, 58. 59. 74. 94. 114. 124. B 32, 103. 33, 161. 34, 2. 154. 35, 5. 32. 47. 157. 36, 157. 193. 37, 85. *minim.* Bv 32, 70. B 32, 146. *novissim.* 34, 95. 35, 106. *optim.* Bv 32, 87. 94. 34, 120. B 34, 171. 35, 47. 188. 37, 112. 116. 126. *pessim.* Bv 32, 146. B 37, 132. *plurim.* Bv 32, 59. 69. 143. B 33, 129. *proxim.* 34, 1. 37, 73. *septim.* 37, 13. *ultim.* 33, 72 et vel duae formae iuxta positae sunt 34, 138 *optumoque pessimoque.*

pro *u* post *u* plerumque legitur *o: convols.* 32, 103. *divols.* 32, 40. *evols.* 32, 39. 70 bis. 75. 34, 151. *iniquom* 34, 81. *novos* 36, 122. *parvolis* 36. 43. *proavom* 36, 11. *vivom* 33, 119. 35, 25. *volgo* 35, 25. *volgus* 34, 147. 35, 48. *volgat.* 35, 4. 37, 9. *volnera* 32, 13. 78. 88. 123. 33, 102. 34, 74. 115. 126. 35, 98. *volpino* 32, 44. *Volsinis* 36, 135. *Volturno* 36, 194. *voltus* 35, 5. 9. 56. *volva* 32, 28. 130 bis. 132. 134. 34, 118. 36, 140. — contra legitur *alvus* Bv 32; 39. *alvum* Bv. 32, 64. 94 bis. 96. 99. 100 ter. 101. *bovum* 32, 74. *corvus* Bv 32, 146. *dissolcunt* Bv. 32, 99. *divus* 36, 70. *parvus* Bv 32, 2. *solvunt* Bv 32, 100 bis. *vivunt* Bv 32, 99. *vivus* Bv 22, 102. *vulgo* 34, 15. *vulgus* 37, 88. *vulnera* 35, 181. *vulvae* 36, 151.

Ante *u* non excipiente altera vocali plerumque *c* scribitur: *cocunt* 32, 39. 33, 109. 34, 157. 170. *decocuntur* 32, 80. *excocunt* 32, 38. *recocunt* 34, 96. [ibidem iterum recurrit, sed semel tantum a J notatum]. *cum* (coni.) 34, 146 (sic semper). *relicus* B^{1}. ap. S (*reliqus* B$^{\alpha}$) 36, 115. *relincunt* 35, 5. *restingunt* 32, 108. 119. *secuntur* (VRd) 36, 8. *consecuti* 36, 43. — *coquunt* 33, 109. 36, 182. Bv 34, 173. 36, 137. [*ecus* SvJ 35, 95]. *incoquont* BJ (°*quunt* Rd. °*cum* V. °*cunt* S) 34, 161. *loquuntur* Bv (*loc.* SvJ) 35, 9. *relinquont* 32, 123. 33, 70. 75. *relinquuntur* Bv 32, 124. *reliquus* (S, °*qus* V, °*quos* RJ) 36, 43. vid. Sill. praef. I, p. LXXII.

Tertia persona sing. ind. perf. act., coniunctivus plusquamperf. et inf. perf. act. verborum quorum perfectum in *ivi* vel *ii* exit, saepe simplici *i* exarantur: *obit* 36, 31. 116. (*obid* 35, 21). *perit* 37, 41. *redit* 34, 103. 35, 47. *subit* 35, 23. *transit* B ap. S (*transiit* B$^{\alpha}$) 34, 15. *perisset* 34, 63. *erudisse* Sv 34, 56. *interisse* 34, 46. 35, 164. 36, 201. *obesse* = *obisse* (*obiisse* SJ) 37, 33. *trasisse* 33, 141. 151. — contra legitur *abiit* 35, 85. *custodiit* B ap. S 35, 131. *interiit* Bv 35, 55. 100 *obiit* 36, 30. *obiisset* B ap. S (Rd) 35, 134. *petiit* Bv 35, 81. *petiisset* (SJ *petisset* VRd) 35, 135. *subiit* (?) 36, 112.

Similiter genet. sing., nom. plur. et dativus ablativusque plur. vo-

cabulorum in *ius* vel *ium* exeuntium saepissime simplici *i* exarantur: *Cypri* 32, 141. 33, 131. *Appi* 33, 17 etc., quamquam etiam volgarium formarum exempla non desunt, ut *Claudii* 33, 134. *Publii Clodii* 34, 21 etc. Eaedem scripturae formae in M conparent, cui etiam haec singularis res cum B communis est, quod in utroque codice eae personae quartae declinationis quae in *us* exeunt praeter nominativum sing. (et passim etiam hic) saepissime in *uus* finguntur. vid. M p. 9, 11. *victuus* p. 20, 26. *proventuus* p. 22, 6. *ictuus* p. 27, 2. *quercuus* p. 29, 13. *quaestuus* etc., B *ictuus* 32, 34. 35. *anhelituus* 32, 37. *morsuus* 32, 98. *impetuus* 32, 52. 111. *partuus* 32, 6 bis. 131. *visuus* 32, 31. 33. 72. sed hanc rem nunc non accuratius tracto, mox alio loco de universa declinatione, quam vocant, Pliniana dicturus.

Verba quorum infinitivus in *uere* exit, ubi terminatio verbalis *unt* additur, unam *u* eiciunt, quod idem et in M factum est: *distingunt* (R 2, 177. 3, 13) M p. 163, 12. 201, 13. *inungunt* Bv 32, 71. *perungunt* 32, 57. 83. *restingunt* 32, 58. 108. 119. *tingunt* Bv 35, 46. *tinguntur* 35, 49. — contra *inungui* 32, 33. 70. *perungui* 32, 10. 40 (*ungui* M p. 62, 24). *perunguant* 32, 113. 114. 120. 34, 99 (*perunguend.* M p. 214, 23). *tinguant* 37, 51. 197. *tinguebant* 34, 15. *tinguendis* 32, 66, 34, 124. 35, 1. 182 (M p. 163, 16). *tiguens* 37, 101. *tinguent* 32. 68. *tinguere* 35, 118. *tingui* 35, 182. 37, 48 (M p. 174, 3). *tinguit* 33, 131. 161. 34, 127. 35, 44. 36, 192 (M p. 210, 7), sed *distinguuntur* 37, 68. *mungentem* = *inung.* BVd(RT) 35, 144. *unguuntur* M p. 123, 10. *ungentum* (AR^1 4, 69). M p. 122, 11. 123, 17. 24, quamquam *unguentum* M p. 21, 13. 104, 6. 105, 5. 108, 10. 111, 22. 113, 8. 114, 8. 119, 5. 120, 2. 17. 121, 7. 15. 25. 123, 2. 124, 7. 13. 210, 22. 231, 23. 240, 6. Bv 32, 117.

Quod aspirationem vocabulorum attinet, pleraque constantem usum non tenent. vid. *aheno* 35, 44. [sic d, *aen.* aSJ 12, 88]. vid. E. Hübner. Jahn. Jahrbb. 77, 363. — *ancora* 32, 2. 35, 139. cf. Isidor. Origg. XIX, 2, 15 ancora . . . apud maiores sine aspiratione proferebatur. — *hadriatic.* 33, 43. 37, 32. *hadrianis* 35, 161. — *hammoniac.* 34, 114. sed *ammon.* 32, 91. — *Hannibal* 33, 96. 97. Bv 34, 32. 35, 169. 36, 2. (sic M p. 252, 23). sed *Annibal* 33, 20. 45. 51 (?) et sic M p. 46, 12. — *harena* 32, 11. 60. 154. 33, 53. 57. 101. 113. 114. 120. 121. 36, 80. 96. 175. 176. 194. 37, 65. *exharenat.* 33, 65. sed *arena* 36, 150. vid. p. 4. 63 et Charis. p. 58, 25 L. — *harundo* 32, 12. 121. 122. *harundinet.* 32, 74. — *pulchritudo* 34, 43. sed *pulcris* 35, 20. — *sepulchrum* 34, 151. 35, 12. 36, 30. 91. sed *sepulcr.* (V) 35, 132. — *sappirus* (sic semper J. *sapphir* S) 33, 68 (B$^\alpha$). 36, 198. 37, 71. 119. 120 (B$^{\alpha 1}$ et B^1 ap. J in ed. Teubn.) 139 (B^1 ap. J in ed. Teubn.). sed *sapph.* (Sv. *sappir.* Jv) Bv 37, 151. — *sulpur.* (sic J ubi

que. *sulph.* S) 32, 85. 34, 106. 167. 35, 174. 177. 180. 36, 138. sed *sulph.* Bv 34, 106. 167. 168 bis. 171. 35, 41. 177. 198. B 35, 198. Bv 36, 141. 199. vid. J ad vol. IV p. 213, 14, ubi dicit, B ubique *sulpur* exhibere. — *ulcera* 32, 24. 34. 64. 126. 34, 120. 169. 170. 35, 32. 184. 186. 189 bis. *exulcerat.* 34, 115. 130. contra *hulc.* Bv 32, 34. 35. 41. 65. 88. 94. 98. 137. *exhulc.* Bv 32, 64. — *umeri* 33, 71. 36, 29. — *umid.* 34, 152. 161. *umefact.* 32, 138. — *umor* 32, 75. 33, 36. 123. 37, 106 bis. (°*t numore* = *in umore* 35, 32. *omnium ore* = *omni umore* 35, 187). sed *hum.* 35, 186.

ῥ vel ῥῥ saepe sine aspiratione in latinum traducuntur. vid. *arrhenicum* (J. *arren.* S) 34, 178. — *Durrhachium* 32, 18. [*Dyrrachini* M p. 188, 15]. — *haemorroidum* (°*rrh.* J) 34, 126. *emorroid.* B$^{\alpha}$ (*emoroid.* B ap. S) 34, 154. *hemoroid.* B$^{\alpha}$ (*haemorroid.* Sv) 34, 169. sed *haemorrhoid.* 36, 147. — *Parnasius* 35, 38 et *pharrasi* 35, 60 pro *Parrhas.*, sed *Parrhas.* Bv 35, 65. 67. — *Pyrrum* (S. *rrh.* J) 33, 42. 37, 5. sed *Pyrrh.* Bv 34, 78. 80 et sic M p. 44, 22. 48, ½. vid. Jan. praef. vol. II, p. IV. — *Regum* (*regium* V, *Rh.* RdSJ) 35, 164. *Reginus* 34, 59 et *Regium* MRa (*Rheg.* SJ) 12, 7. *Remmi* (Rh. SJ) M p. 196, 6 = 14, 49. — *reumatism.* 32, 96.

Et in universum dicendum est, saepe *h* vel omitti vel addi vel falso loco poni (vid. p. 20): B *sip(h)onib.* [VR *saponib.*] 32, 124. *(h)oras* 32, 85. *p(h)alangia* 32, 44. *ic(h)thyocolla* 32, 72. 73. 84. 119. 120. *cliducum* 32, 54. *p(h)thisicis* 32, 118. *ex(h)auriendi* 33, 3. *(h)ecataeus* 33, 156. *ac(h)aia* 33, 159. *ephaestion* 34, 64. *carta* 34, 163. *apograpo* 35, 125. *Phylarcum* (R) 35, 134. *Euthycides* 35, 141. *Sappo* 35, 142. *agatarcum* 35, 143. *sipno, sipnio* 36, 159. *Poenice* 36, 190. *Theoprast.* 37, 97. *dapnean* 37, 157. — B *sp(h)ongae* 32, 151. *hisdem* 33, 106. *hispania* 33, 118. *phytheas* 33, 156. *phythagoras* 34, 60. *anthe* 34, 62. *stratonichus* 34, 84. *Canthabriae* 34, 149. *Eupomphus* 35, 75. *Nichomachus* (VR) 35, 198. — *antip[h]at(h)ian* 32, 25. *leuchoporum* 35, 36. *hanellare* (= *anhelare*) 35, 71. *Calchosth.* (V) 35, 155.

Terminationes *icius* et *itius* saepe promiscue usurpantur. vid. *convicia* Bv 33, 6. B ap. S 37, 10. *conditio* (°*cio* SJ) 36, 20. — *contionibus* 36, 119. *contionantib.* 34, 87. 37, 118. — *factitius* Bv 34, 125. 35, 40. 41. *ficticis* 37, 199. 200. — *fossicia* SvJ 36, 175 bis. — *gentilitia* Bv (°*cia* SvJ) 35, 6. — *latericius* 35, 172. 173. 36, 47 (SvJ 36, 171). — *Marcius* (VRd) 35, 14. — *multaticia* 33, 19. — *novitium* Bv (°*cium* SvJU) 35, 9. 41. 36, 189. *novic.* 34, 18. B$^{\alpha}$ 35, 48. — *sodalici* 36, 116. — *sublicio* 36, 100. — *tribunic.* 36, 119. (33, 39). — *venalit.* Bv (°*ic.* SJ) 35, 201. vid. E. Huebner. J. J. 77, 350 sqq.

Adponam nunc verba cum praefixis conposita, qua in re B plerumque cum M consentit:

abrupta 36, 199. *absit* 36, 122. *absolut.* 35, 55. Bv 35, 74. 82. 97. B 36, 161. 37, 26. 122. *absumi* Bv 32, 24. B 34, 110. *abstulere* 37, 86. — *apsolut.* 34, 55. *apsumit* 34, 122. *apsunt* 34, 108. cf. *scripsit* 35, 109. 37, 138 (M p. 158, 18. 197, 26. 199, 2. *adscrips.* p. 167, 5). sed *scribsit* 32, 10. *scribsere* 37, 96. *pleps* 36, 75. et cf. infra sub *obs.*

adcensa B^1 33, 108. *adcitus* 34, 45. *adcolit* 36, 77. *adcommodatur* 36, 153. — *accens.* Bv. 32, 129. B 34, 88. 134. *accoli* B ap. S 37, 35. *accomodat.* 35, 169. 37, 119.

adfectant 34, 95. *adfectuus* 34, 70. *adferat* B ap. S 34, 96 B 37, 80. *adfixa* 32, 123. *adfirmant* 32, 73. 35, 42. 37, 52. 147. *adflatu* 32, 201. *adf(l)ixit* 33, 148. — *afferunt* Bv 32, 24. 75. 138. *afficiat* Bv 32, 7. *affirmant* Bv 32, 9. 138. *affixa* Bv 32, 44.

adgnascentium (SJ) 35, 1. *adgnoscuntur* (*agn.* SJ) 34, 142. — *adnata* (SJ. *adgn.* h) 37, 110.

adluit 34, 149. — *allevatus* B ap. S 36, 68. *allici* 32, 50. *alligans* Bv 32, 66. 130. *alligare* Bv 32, 7. *allucens* 37, 101.

admovent 32, 13. *admirantem* 34, 78.

adnexa 37, 44. *adnotatur* 37, 205. *adnumeratur* 35, 111. 37, 19. — *annumerand.* Bv 32, 154.

adparet 37, 8. *adpetat* 32, 50. *adpendebatur* 33, 42. *adposita* 37, 101. 166. — *apparatu* 33, 53. 37, 45. *apparere* Bv 32, 153 bis. B 35, 118. 36, 97. 37, 112. 199. *appellare* ubique. vid. Jan. in Sill. ed. min. V p. 338. Sill. praefat. I, p. LXXII. *appetere* Bv 32, 12 bis. 60. *apposito* Bv 32, 19. 105. *apprehensa* Bv 32, 11.

adquisivit B ap. S 35, 62.

adrodit B ap. S 35, 137. *adrogant* 37, 8.

adscribunt. 35, 133. 179. 36, 63. *adsectar.* 33, 152. *adservat.* 32, 6 (?). 27. Bv 32, 56. 139. *adsident* 33, 63. *adsiduitate* B ap. S (ass. B^{α}) 35, 159. *adsiduo* 37, 4. *adsignat* B ap. S 37, 34. *adsilit* 36, 127. 36, 127. *adsimulata* 37, 179. *adspectu* 37, 125. 127. *ad(s)persae* 32, 123. *adstant.* 35, 27. *adsumpto* B ap. S 35, 195. B 35, 196. — *ascendent.* 35, 59. *aspectu* 35, 155. 37, 95. 122. 170. *aspergi* Bv 32, 72. 85. B 37, 155. *aspexerint* Bv 32, 8. *asservant* Bv 32, 116. 133. 135.

adteri B ap. S 34, 163. B 37, 174. *adtritu* 37, 170. 189. — *attigit* 34, 130. *attinet* Bv 32, 25. *attingat* Bv 32, 7. *attollit* 32, 37. *attritus* 32, 104.

circumire Bv (*circuire* VTd) 32, 3. *circumitu* (V) 36, 30. (VRTd) 36, 30.

comburi Bv 32, 72. 76. 79. 80. 88. 104. 106. 109. 119. 122. 124. B 35, 43.

comfectura 33, 162. *comferunt* 32, 69. *comfesso* 35, 54. *comfirmant* 34,

162. *comflagravit* 34, 21. 38. *comflat.* 34, 30. 159. B ap. S 35, 138. *comfossa* 32, 4. — *confert* Bv 32, 137. *confestim* Bv 32, 22. *coiectae* 32, 39 (ubi vid. Jan.). B ap. J in ed. Teubn. 36, 100. *coiectu* 37, 142. — *conicientium* 32, 27.

conlaudatis 35, 79. — *collationes* 37, 10. 126. *colligatas* (*conl.* VS) 33, 12. *colligebat* 33, 51. 152. 35, 181. 36, 79. 37, 65. — *coluantur* 32, 37 (ubi vid. J). 79. 80. sed *collui* Bv 32, 58. 81. 34, 120. *colluto* 37, 155.

commendat. 33, 89. *commentar.* 34, 108. *commercia* Bv 33, 7. B 35, 168. *commovere* 37, 155. *communes* Bv 32, 145. *communicato* 34, 28. 35, 47.

conexis 35, 1 (vid. Jan. ad vol. III, p. 3, 4). *conectit* (Rd) 36, 115.

comparet 33, 137. *comparārentur* 32, 20. 35, 134. *compendiar.* B$^{\alpha}$ (*conp.* B ap. S) 35, 110. *compertum* Bv 32, 63. *incompert.* 34, 137. *compescit* B$^{\alpha}$ 32, 2. B 34, 160. 35, 121. 189. *complecti* 32, 142. 35, 28. Bv 32, 12. *complexus* 35, 99. *compluere* 33, 123. *complurib.* 35, 12. *componunt* Bv 32, 107. B 34, 108. 174. 35, 32. (*composita* = *compasta* 32, 61). *compoluere* 32, 67. *comprehendunt* 37, 78. *comprimit* 35, 190.

conrivatione 33, 74. — *correptis* Bv 32, 112. B 32, 36. 112. *corrivato* B ap. S 34, 125. 36, 105. *corrumpi* Bv. 32, 27. B 33, 128. 34, 108. 35, 119.

conspissata B ap. S 35, 36.

convenit Bv 32, 46. 143. B 33, 15. 35, 35. 37, 204. *convolsa* 32, 103. — *comvenit* 33, 6.

effluxerit 32, 75.

exstat 34, 140. 36, 80. 90. *exstructis* 36, 81. *exsuperet* 37, 49. *exsurdat* Bv 32, 141. cf. *exsta* = *exta* 34, 81. — *excreantib.* 32, 24. *executio* 35, 53. *exerentem* B ap. S 35, 25. *exilientib.* 32, 4. 33, 28. *exspectet* 37, 145. *expu[t]at* 32, 92. *exstat* 33, 20. 78. 34, 139. *extitisse* 36, 114. *extingui* 36, 66.

inbellem B ap. S 35, 7

inlatis 32, 51. *inlibata* 37, 8. *inligat.* 32, 116. 34, 174. *inlini* 32, 41. 68. 104. 108. 140. B ap. S 35, 49. *inlinatur* 32, 70. 136. *inlinitur* 32, 68. 104. *inlinuntur* 32, 34. 116. 121. 34, 109. *inlitus* 32, 37. 44 bis. 57. 71. 76. 79. 80. 83. 84 bis. 88. 89. 90. 100. 106. 108. 121. 127 bis. 128 bis. 129 bis. 134. 135. 136. 139. 141. 34, 149. 152. [*inlicita* B^{1} 32, 85]. *inluminantur* B ap. S 35, 48. *inlustri* 34, 16. — *illustrium* 35, 11.

inmens. 32, 1. 33, 76. 128. 35, 1. 28. 36, 201. 37, 145. *inmerito* 35, 22. *inminutum* 33, 44. *inmissis* 32, 127. 33, 86. *inmixta* 33, 103. — *immensi* 37, 60. *immunes* 32, 37. *immobilib.* 34, 123.

inpactus 32, 9. *inpatiens* 32, 162. *inpendia* 32, 42. 73. 34, 108. 36, 125. *inpensa* 36, 103. *inpegit* 35, 103. *inp.* (= *imperatoris*) 34, 55. *inperasse* 33, 51. *inportet* 33, 75. 36, 70. *inponunt* 32, 3. 46. 47 ter. 49. 55. 56. 71. 74. 81. 88. 98. 107. 111 quater. 119. 125. 129. 130. 34, 118. 121. 35, 181. 36, 153. *inpressa* B ap. S 35, 151. *inproba* 36, 201. *inpubis* 33, 92. *inpudent.* 35, 12. *inpuls.* 34, 109. — *impellentia* Bv 32, 2. *imperat* BvJ 32, 2. *imperatori* 35, 108. *impetus* Bv 32, 2. 3. B 32, 52. 111. 35, 169. 36, 1. 105. *implebant* 35, 7. *imposit.* Bv 32, 45. 56. 102. cf. *impetris* = *in petris* 32, 66.

inrepente (VR) 35, 8. *inrevocabili* 32, 2. *inrita* 37, 61. *inritamenta* 33, 4.

opreptantib. 35, 109. 36, 7. *obscurat.* 36, 202. *obsonia* 33, 140. *obstanti* 36, 37. — *occurrit* 32, 1. *ommuluit* (V) 33, 160. *opsessa* 34, 42. *opsidibus* 34, 29. *opstitit* 34, 111. *optentus* 37, 100. *optinent* 32, 97. 34, 2. 8. 36, 87. 87. 109. 37, 4. 30. 66. 201. *opturat.* 32, 117. 34, 110. 175. *opturamentis* 33, 75. cf. *script.* 34, 6. M p. 152, 6. 10. 153, 5. *proscript.* p. 125, 5. 9. sed *cyclobs* B 35, 74.

succurrit 34, 171. 37, 53. — *supporata* 34, 121. — *subfossa* 36, 104. *subfusae* 37, 106. — *surrecturus* 36, 66. — *substituit* 35, 91. *substrato* 34, 167.

subter 34, 75. (cf. *sub terra* = *subter* 36, 94). *subtilitas* Bv 35, 1. 82. B 35, 82. — *suptil.* 34, 6. 83. 108. 35, 13. 67.

traducere 37, 197. — *transfundit.* Bv 33, 103 bis. 104. B 37, 131. — *transisse* Bv 35, 8, sed *trasisse* B^1 33, 151.

tralatus (J ubique praeter 34, 83. *transl.* S ubique praeter 35, 173) $B^{\alpha 1}$ 33, 151. B 34, 39. B^{α} 34, 83. B^1 (V) 34, 99. 136. B^1 ap. S (V) 35, 173. *tralucere* (sic J ubique praeter 36, 98 et 37, 17. *transl.* S ubique praeter 35, 58. 175) B^1 ap. J in ed. Teunb. 36, 191. B 36, 198. B^{α} 37, 46. 98. B^1 37, 106. 114. 128. 181. (*trallucentis* 33, 101). *tralucid.* 35, 58. 36, 61. 132. 37, 51. B^{α} 37, 86. 100. B 37, 129. — *translucere* B^{α} (*tral.* BVR ap. S) 35, 175. B 36, 98. Bv 36, 163. 196. 197. B 37, 17. Bv 37, 22. 47. B 37, 66. Bv 37, 83. B ap. S 37, 86. Bv 37, 115. 126. 145. 156. 173. 197. 198. *translucid.* Bv 36, 163. 196. 37, 56. 63. 66. 68. 69. 158. cf. *trastris* (*transtris* SvJ) 34, 123.

transmissa Bv (SJ) 36, 163. — *trasmeat* 33, 87.

tranversa (sic ubique S, *trav.* ubique J) 37, 118. Bv 37, 138. — *traversum* (VR) 35, 126.

§. 23.

De fide atque auctoritate BVRd.

Fides atque auctoritas codicis B in singulis libris non prorsus

eaedem sunt. sed libri XXXII—XXXVI diligentia tantum maiore vel minore differunt qua librarius eos exaravit — quamquam l. XXXIII ceteris omnibus praestat (vid. Jan. Nuntt. litt. Monac. 1853 April. n. 52 p. 421) — et vel partes quaedam eiusdem libri minus accurate quam reliquae scriptae sunt, ut inprimis ubi plura nomina propria sunt, errores cumulentur. verum l. XXXVII maiore discrimine a ceteris libris distat, quam ut soli librarii neglegentiae id tribui possit. quamobrem de hoc libro separatim agendum erit.

Quod pretium codicis B libris XXXII—XXXVI attinet, eum ab reliquis -- interpolatae familiae — codicibus segregandum esse, iam lacunae indicant quae in illis obviae in B explentur. Sic illi (VRd) et editiones ($\beta\gamma$) omittunt quae in B leguntur 32, 36 *datur . . cum.* 32, 94 *nec pinguibus.* 32, 97 *scabritias albugines.* 32, 119 *ex . . cinere.* 32, 125 *cinis . . testae.* 33, 75 *lavandi . . lutum.* 33, 76 *labitur . . mare.* 33, 81 *vetusta.* 33, 110 *additur et liparis.* 34, 38 *quoniam.* 34, 49 *rursus LXXXX.* 34, 94 *perhibetur . . campano.* 34, 133 *vel oleae.* 35, 97 (colorem) *alium.* 36, 65 *quidem . . crassitudine.* 36, 79 *ad solum cacuminis.* 36, 102 *vidit . . tectum* (om. Rdh$\beta\gamma$). 36, 137 *alius . . tantum et* (om. R Pd$\beta\gamma$). 36, 180 *mixta . . rosaceo* (om. RTd$\beta\gamma$). 36, 189 *calidis* (om. dh$\beta\gamma$). 36, 200 *igni aurum perficitur* (om. Pdh$\beta\gamma$).

Praeterea VRTd multis lacunis in B non admissis foedati sunt, quae tamen iam in editione vulgata expletae erant. (vid. Sill. vol. I, praef. p. LII).

Summa vero auctoritas B in eo cernitur, quod interpolationibus fere liber est, quamquam scribendi erroribus et ipse scatet et haud paucae lacunae incuria librarii admissae in eo inveniuntur (vid. Sill. I, p. LII). sed mutationes quas scriba sibi permisit, plerumque in omissa additave una vel altera littera consistunt aut factae sunt in vocibus non intellectis ut saltem aliquid exstaret quod latinum videretur. Luculentum fidei testimonium est 32, 74 ubi scriba litteris depictis posuit *in putam ineo vire liquae* pro *in putamine ovi reliquae.* et vel tales errores leves sunt et volgares quales conspiciuntur 32, 16 *supracusis* pro *Syracusis.* 32, 19 *refecti* pro *refici* . 32, 44 *in* (capite) pro *e* ex dittographia. 32, 63 *nomencreatura* pro *nomenclatura.* 32, 106 *testatae* pro *testae.* 32, 112 *olfactus ubi venit* pro *olfactu subvenit.* 32, 140 *nunti et* pro *aiunt ita.* 33, 12 (iis) *qui* e dittogr. repetitum. 33, 27 *et* post *pisce* insertum. 33, 33 *e quiritibus* pro *ex equitibus.* 33, 78 *fertilitates* pro *fertilitas.* 33, 80 *dulcius* pro *dociles.* 33, 107 *purgatissimae* (materiae) pro *purgantis.* 33, 122 *levias* pro *illas.* 33, 127 *speciem* pro *specula* . 33, 137 *graeco* pro *croeso* 34, 93 *manibus illis* pro *manubiis.* 33, 119 *postea* pro *tosta.* 35, 21 *comprobaverit* pro *comprobavit.* 35, 104 *dice-*

ret et *pingitur* pro *dicitur* et *pingeret*. 35, 137 *esse verissimilis* pro *e severissimis*. 36, 94 *sub terra* pro *subter*.

Aliquando tamen etiam tales lectiones occurrunt, quae interpolationis opprobrium vix effugiant, quemadmodum 32, 144 *sub divo* scriptum est, dum forma Pliniana *sub diu* est (vid. quae dixi Philol. XIV, 218 et Jan. ad h. l.). 32, 143 *aliquae* pro *quae*. 33, 4 *potestatem* pro *pestem*. 35, 76 inter *docuit* et *neminem* additum est *autem*, quod Silligio e dittographia syllabarum *uit* et *nem* ortum videbatur. et sunt etiamnum merae interpolationes ex glossematis ortae, de quibus §. 25 dicam.

Sed vel haec vitia tam rara sunt, ut fidem B in universum non infringant. nam reliqui codd. (VRd—a—) vehementer interpolati sunt. sic asyndeta saepissime removerunt, ut 32, 98 *vero* addiderint post *carnes*. 32, 121 *enim* post *ferro*. ex eodem iungendi studio 33, 137 *qui* additum est ante *platanum* et 33, 151 *ex eo* ante *facientium*. 32, 34 *est* adiectum est post *neque* et 33, 46 *et* ante *inde*. 33, 47 *et novissime Nero* (sic B$^{\alpha}$J. *novissime* B ap. S et S, *minutissime* U) non intellectum *et* quod *et . . quidem* significat (vid. p. 37 sq.) omiserunt. 33, 58 *in gemma aliisque rebus*, non intellecto ita saepe singularem pro plurali ad genus aliquod significandum usurpari (vid. Sill. ad h. l.) *in gemmis* interpolaverunt. 32, 82 *a (Graecis)* scriptum est, quoniam dativus graecus Plinio usitatissimus (vid. Sill. ad 32, 49) offendebat. 33, 128 *specula fieri non nisi ex optumo posse credimus. fuerat id integrum, sed id quoque iam fraude conrumpitur*, postquam *id integrum sed* excidit, ex *credimus* factum est *creditum*.

Praeterea VR(T)d saepe in gravioribus erroribus conspirant quos B emendat. sic illi 32, 2 *interfrenat* exhibent pro *infrenat*. 32, 24 *scientibus* pro *reicientibus*. 32, 36 *vino addito* pro *vini additur*. 32, 60 *luto* pro *lutosis*. 32, 73 *liquo* pro *liquescit*. 32, 96 *invenire* pro *minuere*. 32, 140 *acepustulis* pro *acopis utilis*. 33, 132 *triumviratione onus* pro *triumvir Antonius*.

Hinc adparet, tum duas codicum familias statuendas esse, tum interpolatae familiae nullam prae B fidem esse. Neque hoc, quoniam manifestum est, post volgatas a Jano Bambergensis lectiones quemquam fugere potuit. Atque hac fortuna usus Silligius in novissima sua editione, premendo Bambergensis vestigia, pleraque optime constituit. Secuti deinde Urlichs. et Janus — qui iam cum lectiones illas ederet multa egregie et defenderat et correxerat — eorum quae S emendanda reliquerat, maximam partem emendaverunt, ut iure dici posse videatur, in libris XXXII — XXXVI ex codicibus quidem ipsis ad corrigendum textum haud multa posthac promi posse. Ne tamen omnia iam facta esse videantur, etiam ego pauca huius generis adferam. atque sic 33, 110 *usus eius ad collyria et litu ad muliebrium cicatricum foeditates*

tollendas, ut SJ ex R(d) scripserunt, quoniam BV *lilum* omisso *ad* exhibent, scribendum est *et litu mul.* (vid. p. 55). — 33, 117 *cinnabaris adulteratur sanguine caprino* cum B scribendum est *adulterabatur*, quod refertur ad veterum usum coll. init. §. 117 *Cinnabari veteres monochromata pingebant.* — 34, 13 SJ scripserunt *Camillo inter crimina obiecit Sp. Carvilius quaestor, quod aerata ostia haberet in domo.* sed B habet *ostia quod aerata haberet*, quod accivit U et recte ita dicitur (cf. 15, 14 *amurcam nemo agit, quanto ea copiosior reperiatur.* 14, 146 *Tergilla Ciceronem* (sic MβJ) *binos congios simul haurire solitum ipsi obicit.* 13, 99 *mirum ponderi quantum ita detrahatur.* 34, 25 *invenitur statua decreta . . ., ut poneretur ubi vellet*), nisi forte correctura, qua h. l. B laborare dicitur, latius vagatur, de qua re JS tacent. — 34, 107 *scoria . . lavatur minore effectu quam ipsum aes*, ut SJ ex VR scripserunt, non est est cur lectio Bd *minor* respuatur neque video cur non iidem 34, 126 *oculorum scabritiae dolorique* (B *dolorimque*), sed ex Td *dolorive* scripserint? 34, 171 *sine plumbi reliquiis aut sulphuris specie et terra carens*, cum B *et* omittendum est (cf. p. 15). — 32, 68 *sanguisugarum sextarium in vase plumbeo putrescere iubent* cum Bd *in* omitti debet (cf. p. 55). — 32, 75 .. *narrant adferre, ipsas carnis oculorum doloribus superponunt*, restituendum est ex B *et ipsas.*

Adest tamen etiam commune utriusque familiae vinculum, et utramque ad unum archetypum redire errores demonstrant qui utrique communes sunt. nam 32, 13 pro *anthiam* B exhibet *pithias*, VR *Phitiasin*, Td *pithiasim.* 33, 86 BVRd *ligno* pro *lino.* 33, 108 *confractis tubulis ad magnitudinem anulorum*, quod aperte falsum est, quoniam anulorum non certa mensura est et reponendum videtur *nucularum* — quod J in script. discrep. coniecit — potius quam quod S Barbarum secutus scripsit *abellanarum.* 34, 116 ut Sill., probante Jano, demonstravit, omnes codd. lacuna laborant et in falso verborum ordine consentiunt 35, 5, ubi vv. *vicesima luna* post *feriasque* collocanda esse U demonstravit, adsentiente Detlefsenio (Jahni ann. 77, 667). etiam J illa verba transposuit, sed post *custodiunt* conlocavit. neque 35, 72 verba *pinxit et minoribus . . . reficiens* suo loco exhibentur, sed iure Urlichs. (de numeris et nominibus propriis in Plinii nat. hist. p. 17 sq.) ea §. 71 post v. *Ulixem* posuit, adsentiente Detlefsenio l. c.

Sed hi errorum consensus neque adeo frequentes et saepe tam leves sunt, ut commune archetypum adhuc bonum fuisse eluceat. et saepe viri docti ubi vehementiore mutatione usi sunt, in falsas coniecturas sunt delapsi, quemadmodum, ut exemplum ponam, pleraeque earum coniecturarum quas Bergkius in emendationibus suis Plinianis proposuit, non ad persuadendum factas esse, Janus in Nuntt. litt. Mon.

1848 nr. 116 sq. et 1851 nr. 61 demonstravit, et idem saepe aut ipsos codd. a S derelictos restituit aut levi mutatione contentus fuit.

§. 24.

De cohaerentia VRda.

Quod cohaerentiam VRd inter se attinet, VR ex apographis eiusdem codicis fluxisse, iam foliorum quorundam perturbatio in utroque codice conspicua satis probat. nam 31, 131 inter discerptas vocis *Afri — canas* partes inserta sunt 32, 17 *(inserendis praebent)* . . . 32, 43 *(saepius vero quantum)*. tum secuntur 31, 131 — voce abrupta rursus resumpta — *(canas)* . . . 32, 17 *(hiantia manibus)* quae cohaerent cum illis *inserendis praebent*. haec excipiuntur verbis 32, 43 *veneficium in menstruis* . . . 32, 57 *pastinaca contra suum*. tum denuo leguntur 31, 118 *(sic et serpentium)* . . . 31, 131 *(redegere Afri)* et tum 32, 17 *(inserendis praebent. In Stabiano)* . . . 32, 31 *(privatim contra viscum)* quae partem pariter, quamquam non suo loco, supra scripta erant. similiter 33, 98—98 repetita leguntur 33, 106 post verba *quam molybditim* (vid. Sill. praef. p. VII et ad 31, 118). Atque revera inter horum codicum lectiones nullum discrimen intercedit, nisi quod scribarum erroribus aut arbitrio nititur.

Intricatior res est in d, quia Sillig. in iis quae de hoc codice protulit, sibi ipse contradicit, quod iam Detlefsen. (Jahn. ann. 77, 661) animadvertit. nam cum Sillig. praef. p. XV et LVII codici d nonnulla sane cum VR communia esse adfirmet, ut repetitionem illam 33, 95—98, ad 32, 17 etiam reliquam foliorum perturbationem in d ut in VR esse dicit, quamquam ex d repetitionis varias lectiones, ut ex VR, non adfert, ut prorsus nescias quid in hac re verum sit. codicem d tamen non ex eodem codice cum VR, sed simili quodam fluxisse, demonstrant lacunae quae in VR obviae in d explentur, quod accidit 32, 84 *horis*. 32, 104 *calculosis*. 32, 114 *in quo*. 32, 122 *novo*. 32, 125 *carnes*. 32, 126 *si*. 32, 127 *tantum*. 32, 129 *et*. 32, 136 *si*. 34, 118 *inponi . . . vero*. 34, 120 *tritumque . . . olfactum*. ibid. *uritur*. 34, 56 *qui*. 34, 107 *fuit*.

Ut vero hic etiam codicem a traham, non eadem ratio quam §. 9 inter d et a intercedere statui, inde a libro XX inter illos est. ubi vero haec diversitas inceperit, non inveni, quoniam medium aliquod conparationis vinculum deest. sed inde a libro XX ubi V ad conparandum adest, intellegitur, codicem d magis quam antea a codice a recedere et propius ad codd. VR vergere, quod probant lacunae VRd communes quibus a medetur. nam Vd omittunt 20, 218 *si duo*. 23, 27 — 30. VRd 25, 38 — 41. 25, 58 *in primis . . incisum*. 25, 62 *folia . . acantho*. 25, 68 *terrae*. 25, 111 *rotundis saepe pluribus*. sed ipsum

codicem a cum interpolata illa familia proxime cohaerere, adparet ex lacunis quas omnibus communes Pseudo-Appuleius explet (vid. §. 26). Nanciscimur igitur hoc illorum codicum stemma:



nam a aetate VRd antecedere demonstrant lacunae modo enumeratae quas in VRd obvias ille explet (cf. §. 25 fin.). tum Td non statim ex x^1 fluxerunt, quia interpolationes continent quas, ab VR alienas, nondum in x^1 fuisse adparet, quamobrem x^2 finxi. et VR non ex ipso x^1 descripti sunt, quoniam lacunas continent quas in x^1 nondum fuisse Td demonstrant, quamobrem x^3 finxi.

In iis igitur libris ubi etiam a conlatus est (XX. XXV—XXVII) tria apographa eius archetypi habemus, ex quo interpolata familia fluxit et quaeritur, quantum fidei singulis codd. tribuendum sit. sed hac in re idem accidit quod iam saepius vidimus, ut singuli codd. denuo saepe interpolati sint.

sic a 19, 33 *ac* habet pro *aut*. 19, 46 *ratio* pro *probatio*. 19, 97 *findunt* pro *fiunt*. 19, 184 *traditur* pro *tradunt*. 20, 8 *uterum alvosque* pro *utroque alvum*. 20, 9 et 14 glossa marginalis *de eius medicina* in textum inrupit. 20, 18 *pulmones* exhibet pro *perniones*, quibus omnibus locis, exceptis 20, 9. 14 ubi Appul. deficit, in archetypo verum fuisse d cum Appuleio consentiens demonstrat.

contra ipse d interpolationibus non vacat, qui 19, 20 *ratione* exhibet pro *regione*. 19, 175 *folio* pro *foliis*. 32, 20 post *re* addidit *hic*. 32, 56 pro *inponunt et* habet *inponuntque* (T). 32, 59 *attribuatur* pro *trib*. 32, 69 *adeps liquefactus confert* pro *adipes liquefacti conferunt* (vid. Sill. ad h. l.). 32. 72 *oculorum* addidit ante *iumentorum*. 32, 83 *murenarum* exhibet pro *menarum*. 32, 88 *ad oris* pro *oris*. 32, 93 *diebus* pro *dies*. 32, 120 *in* pro *ex*. 32, 128 *cinisque* pro *cinis*. 32, 130 *inponitur* pro *inposito*.

porro codicem ex quo VR fluxerunt, iam corruptum fuisse, arguunt multi loci, ubi illi a Bd recedunt. sic VR 32, 6 *appellaturi* exhibent pro *appellari*. 32, 17 *adorantes* pro *adulantes*. 32, 38 *vernatione* pro *veneratione*. 32, 53 *fluviales* pro *fluviatiles*. 32, 64 *tenuissimo* pro *tenesmo*. 32, 77 *invetere* pro *inveteratum*. 32, 111 *cancrique* pro *cancri*. 32, 119

ranarum pro *cancrorum*. 32, 137 *quae vero* pro *vero quae*. 32, 142 *peractis* pro *peracta*.

Aliquando V et R et proprias interpolationes habent, quae facile tum deprehenduntur, cum alter eorum reliquis codd. (Bd) adstipulatur. sic R 32, 36 *vespertina* scripsit pro *vespera*. 32, 67 *nigro vino* pro *vino nigro*. 32, 72 *idemque* pro *idem*. 32, 95 *bilemque* pro *bilem*. 32, 129 *appositae* pro *inpos*. 32, 134 *ipsaque* pro *ipsa*. — similiter V 32, 23 *itaque* interpolavit pro *ita*. 32, 43 *scincumque* pro *scincum*. 32, 85 *extenditque* pro *et extendit*. 32, 91 *positione* pro *potione*. sed in universum melius descriptus est quam R.

Adparet hinc nos in ils libris, ubi optimis codd. destituimur, in maiore codicum dissensione incertos saepe haerere. nam vel utrum a an VRd praeferamus, difficile est dictu. In universum tamen a alteri codicum seriei, ubi consentiunt, posthabendus videtur, quoniam saepius quam illi interpolatus est. quod ut per continuas quasdam paragraphos probem, in l. XX §§. 213—264 a quinquies graviter interpolatus est, qui 213 *detur* exhibet pro *estur* (vid. Sill. ad 36, 166). 223 *efficacior vis* pro *efficaces*, quod Pseudo-Appuleius firmat. 232 *(sunt qui) tradunt* pro *tradant* (vid. p. 18). 245 *palmae* pro *palmum*. 249 *inlinitum* pro *inlitum* (vid. p. 98) et praeterea gravius corruptus est a 227 *quartis* pro *cyathis quaternis*. 258 *utraque* pro *in utroque*. contra in his §§. Vd communem interpolationem quam proprie dicas, non continent, quamquam aliquoties haud leviter corrupti sunt ubi a integer est. sic 218 omittunt *si duo*. 220 *podagris* exhibent pro *podagras*. 228 *suavius* pro *suaves*. 232 *alium* pro *aliud*. ibid. *optimum* (ΘΓ) pro *potum*. 239 *sucoque* pro *sucusque*. ibid. V *exit et*, d *excitet* pro *exit et e*. 252 *dicitur* pro *dicetur*. 258 *haerentes* pro *haerentibus*. et plerumque S, constantius etiam J, VRd codici a praetulerunt, quamquam iam ex paucis lectionibus modo adlatis adparet, quam lubrica haec res sit.

Verum ubi a et unus alterius partis codex consentiunt, plerumque illis manum archetypi contineri verisimile est et ubi V (R) vel d singularem aliquam eamque bonam lectionem praebent, hoc aut casui communive interpolandi libidini tribuendum est aut diversitatem lectionis iam in archetypo exstitisse existimandum est. Hinc bene ex ad 20, 223 scriptum est *venenum* (*venena* Vβγ). 20, 225 *purgat* (*pungit* V). 20, 233 *prodest* (om. V). 20, 247 *amplius* (*plus* V). 20, 259 *sed* (*et* V). — et ex Va 20, 241 *in cortice* (*in* om. d). 20, 249 *aut cera* (*et cera* d). 20, 252 *aliquis* (*aliquibus* dβγ. vid. p. 68 sq.). 20, 258 *pellit* (*exp.* App. *tollit* d). ibid. *modis* (*modus* recte SJApp. om. d). et bene U 26, 1 scripsit *sensit facies hominum et* (Rad. om. VSJ) *novos . . morbos* et ibid. *magnopere* (Radβγ. *magno opere* ΘVSJ). sed similiter 20, 209 *tertium genus est tilhymalon*, v. *est* cum ad omittendum est. 20, 223 bene

S ex Va *omne solum in quo seruantur pinguius faciunt* scripsit, ubi J non debebat ex Td(App.) *seruntur* reponere (vid. Sill. ad 33, 103). 20, 243 *Et . . . virilium viliis . . prodest* v. *et* quod ad($\beta\gamma$) tuentur et saepe transitum parat, retinendum est et simili modo 20, 255 *quod alii hippomarathum, alii myrsineom vocant*, prius *alii*, quamquam et Appuleius omittit et facile omitti potest, non propter solum V eiciendum erat.

Consentaneum etiam illud est, quoniam VR unius codicis instar sunt, ne eorum quidem auctoritatem contra ad quicquam valere, ut iam ob hanc rationem 25, 61 et 25, 175 et ad scribendum sit *illitum* et *illitus*. nam quod SJ ex VR scripserunt *inlinitum* et *inlinitus*, non Plinianum est, haud scio annon bene latinum sit. sed Plinius *linere* et *litum* dicit, perfectum legere non memini. vid. *lini* 13, 21. *circumlitus* 33, 103. 131. 34, 106. 119. 35, 34. 35. *inlinunt* 11, 72. 13, 99. 124. 15, 64. 34, 109. *inlinuntur* 32, 34. 116. 121. *inlinatur* 32, 70. 136. *inlinebat* 35, 97. *inlinens* 13, 126. *inlinentes* 35, 150. *inlini* 15, 60. 32, 140. 33, 111. 35, 49. 169. 182. 36, 56 (VRTd. *interline* B). *inlitus* 11, 67. 15, 60. 62. (65. 66, 20, 9. 26, 22. 26. 32). 32, 37. 44 bis. 57. 71. 76. 79. 80. 83. 84 bis. 88. 89. 90. 100. 106. 108. 121. 127 bis. 128 bis. 129 bis. 134. 135. 136. 139. 141. 33, 84. 85. 122. 124. 34, 112. 115. 127. 149. 152. 153. 160. 174. 177. 35, 38. 177. 181. 186. 195. 196. 36, 139. 180. *sublinunt* 33, 90. 35, 33. 45. 37, 105. *sublinuntur* 37, 106. *sublini* 33, 120. 35, 40. 36, 176. *sublit.* 33, 100. 35, 45. *superinlita* 33, 123. quamquam deteriores codd. saepe formas quartae coniugationis intrudunt, quemadmodum cod. Salmant. Σ 13, 21 *liniri* exhibet. d 11, 72 et 13, 124 *illiniunt.* cod. Voss. *illiniunt* et T *illinivit* 20, 191 pro *inlinunt* (Vad). V$\beta\gamma$ 32, 140 *inliniri.* h 34, 109 *illiniunt*, 35, 97 *illiniebat*, 35, 150 *illinientes.* C 37, 105 *illiniunt* et B^2 32, 85 ex dittographiae errore B *inlicita* (pro *inlita* Sv = VRd) fecit *inlinita.*

§. 25.

De recensionibus, B libro XXXVII et secundis manibus.

1. B.

Quod §. 16 vidimus, hoc loco repentendum est, distinguendum esse inter correctiones ex archetypis inlatas et illas quae postea factae sint. Atque iam archetypum B correctum, passim etiam glossematis instructum fuisse, vel in libris XXXII—XXXVI haud dubiis argumentis probari potest. cuius rei insigne exemplum est 34, 63 *compretiu o', perisset* i. e. *cum pretio perisset*, ubi correctio *o* pro *u* in textum tralatum est. idem factum est 33, 198 *quoa* i. e. *quo* et 35, 8 *nomine i* i. e.

i *in*
nomine et eadem ratione explico 34, 75 *inlitum* i. e. *litum* i. e. *linum*. 34, 112 *sutolario* pro *sutorio*. 34, 112 *ut in illo* pro *in vatillo*. 34, 124 *et spurius* pro *est purius*. 34, 143 *sesntit* pro *sentit*.

Sed vel glossemata in textum irruperunt, in quibus manifestum est 32, 37 *de quo (fonte) diximus*, ubi BRΘ addunt *pisce*, quod glossema esse eo deprehenditur, quod loco demonstrato (31, 37) de fonte tantum sermo est. simul adparet hoc glossema iam in communi archetypo utriusque familiae fuisse, quamquam — fortasse quia in margine positum erat — in Vd omissum est. Aliud glossema deprehenditur 32, 41 ubi B habet *quod incredibile dictu est*, Pβγ *et licet incredibile dictu sit*, VRd *incr. dictu sit*, sed Janum recte *incredibile dictu* coniecisse et illas interpolationes Pliniano usui refragari Sill. ad h. l. exposuit. Glossema textum invasit etiam 33, 119 *steriles etiam plumbi deprehenduntur*, ubi in B scriptum est *de ‚micae' prehenduntur* et recte J „sine dubio, inquit, ab aliquo, qui non intelligeret, haec referenda esse ad antecedens *lapide*, in margine adscriptum erat *micae*, ad verba: *Steriles etiam plumbi* sc. lapides, explicanda." Glossema fortasse in B est etiam 34, 67 *Lysippi sectae propior*, ubi B exhibet *Lysippis aetate pr.* nisi forte *s aetate* merus scribendi error est. similiter 35, 112 *summae (voluptatis)* quod B pro *consummatae* praebet, librarii festinationi tribui potest et quae Sill. vol. I, p. 1, glossemata B dicit, aut dubiae sunt aut nihil probant, cum vel *blandientem* pro *blandiente* positum, qui error sexcenties commissus est (vid. p. 21) inter interpolationes numeraverit. nam quod praeterea addit, 33, 26 *quae fuit illa vita priscorum, qualis innocentia, in qua nihil signabatur* v. *priscorum* quod VRd omittunt, glossema esse, huius rei idoneum causam non attulit, praesertim cum iidem codd. et sequentia verba *qualis innocentia* omittant neque Urlichsio et Jano illud persuasit (cf. *apud priscos* 8, 161. *prisco ritu* 12, 3). Nonnulla glossemata etiam J statuit, in quibus tamen plerisque me non adsentientem habet. 33, 78 quidem *neque in alia terrarum parte tot saeculis perseverat haec fertilitas* v. *perseverat* quod J omisit, fortasse glossema esse in script. discrep. ad h. l. dicens, non integrum videtur neque manendi vim alio loco apud Plinium habet. sed 33, 84 *relicus cinis servatur in fictili olla* v. *olla* quod codd. praeter B omittunt, non iure J damnat. nam locus quem Sill. adfert 21, 83 *liquatis in novo fictili . .; rursus in eadem olla coquitur cera* similem habet repetitionem quam in qua J offendit et *fictilibus ollis* legitur etiam Colum. VIII, 8, 7. — Etiam 33, 39 *deorum honoris causa in sacris nihil aliud excogitatum est quam* . . ut S ex B scripsit, non video cur J cum VR *honoris* omisso *causa* posuerit. certe praeferrem id quod in Pdhβγ est *honori*, cui glossa — in tam frequenti usu minime necessaria — *ho-*

noris causa adscriptum esset. — Similiter J 33, 44 *et placuit denarium* pro *decem libris aeris valere* v. *valere* quod cum B agnoscunt SU et 33, 94 *auro et septuma argenti parte ad supra dicta additis* v. *parte* quod BR$\beta\gamma$S exhibent, Vdh omittunt, uncis inclusit — ad priorem locum in script. discrep. addito „vide ne intelligendum sit *signari*“ — quamquam necessitatem omittendi ego non perspicio [1]). — Atque 34, 17 *propagarique (memoria hominum)* U bene ad B rediit, quem SJv reliquerant ex reliquis codd. *prorogarique* scribentes. nam exempla quae Sill. adfert, nihil aliud probant quam prorogandi vocabulum hac significatione usurpari, sed minus usitatum fuisse quam propagandi verbum non probant et quis dubitet quin alii aliud vocabulum saepe notius sit? immo *propagare* Plinius similiter posuit 7, 188. 15, 49. 35, 4. — Certa interpolatio ne 36, 169 quidem est *est et viridis lapis.* (BPhβ. *lapis viridis* d. *lapis* om. JS) . . *et ubi invenitur, lapis, non saxum est.* nam quamquam prius *lapis* non opus est — neque plus Sill. adfirmat — poni tamen poterat, ut postea res accuratius explicaretur. — Sed 36, 72 *strato lapide ad longitudinem obelisci* lectio reliquorum codd. quam UJ usurpaverunt *ad magnitudinem* immo minus ad sensum quadrat, id quod recte Sill. exposuisse mihi videtur. et in his rebus omnino tenendum est, nisi summa necessitate cogente in codice alioqui puro glossema non esse agnoscendum et ipsi SJ multis aliis locis codicem B sequendum putaverunt, ubi facile ille suspicionem interpolati contrahere poterat, ut 33, 7 *quamquam ipse iam mirator auri*, ubi quod VRdh$\beta\gamma$ pro *ipse iam* exhibent *et ipse* Plinio familiarissimum est. 33, 44 *librale autem pondus aeris inminutum est bello Punico primo* ubi SUJ *est* ex solo B acciverunt, quod aliis sexcentis locis omissum et ab interpolatis codd. insertum est. 33, 62 *consummatamque materiam* cum *suam* quo facile carere possumus, reliqui codd. omittant. 34, 5 *ideo autem etiam* et 36, 14 *nuper vero*, ubi reliqui codd. *autem* et *vero* omittunt, *vero* etiam U.

2. B libro XXXVII.

Sed diversa res in libro XXXII qui liber glossematis refertus est quorum luculenta exempla sunt 37, 85 *hactenus de principatu convenit mulierum maxume senatusconsulto*, ubi postremum verbum ex ironia Plinio convenientissima positum (vid. Sill. ad h. l. et vol. I, p. L) in B glossemate *iudicio* extrusum est. 37, 90 ubi verbis *hoc aliubi lapidis, hic gemmae vocabulum est* haec addita est interpolatio *sive partis eius quae ad unguis similitudinem refertur. de hoc ita scriptum est* partim illa,

1) 32, 150 *laudatissimi autem* (VRTdΘS. *hi* [dittogr. verbi praecedentis] *autem* B) *Mitylenis* apud J cum $\beta\gamma$ *autem* omissum est, fortasse illo invito, cum discrepantia non enotata sit.

ut recte Sill. ad h. l. observat, orta ex verbis paulo infra sequentibus. 32, 92 pro *languidius refulgentes* aperto glossemate B exhibet *minus refulg.* (cf. 11, 219. 12, 43. 22, 50). 37, 153 bis explicandi causa repetitum est v. *similis*. 37, 154 *Cyitis . . videtur intus habere partum* pro v. *partum* in B glossema exstat *'lapidem* (vid. Sill. ad h. l. coll. 37, 163 *haec quoque gemma concipere dicitur et intra se partum fateri concussa).* 37, 140 loco verborum omissorum *iam . . . ornamenta* B exhibet *et aliorum.* 37, 4 pro *tot praelatis* praebet *multis praelatis.* aliis locis bona emendatio iuxta corrigendum posita est, ut 37, 19 *[licet aestimaverit] licet aestimare.* 37, 41 *quen[dam]quam.*

Hinc in constituendo libri XXXVII textu summa difficultas nascitur, quam et Jañus sensit totam hanc rem rectissime perspiciens. nam in hoc libro praeter B recentissimi tantum codd. nobis praesto sunt Pdh(C), quoniam et d hunc librum non ab initio continuit, sed postea suppletus est e codice recenti qualis est Parisinus h saeculo XV scriptus (vid. Jan. praef. vol. V, p. IV et cf. inprimis 37, 111) et hi recentes codd. de quibus, ut proposito meo alienis, alio loco uberius dicam — quos fere edd. principes repraesentant, optima pessimis miscent. alibi enim cum praestantissimis codd. faciunt, alibi summa licentia utuntur. quamobrem in libro XXXVII saepe tales lectiones iuxta inveniuntur, ut diversitatem lectionis, nisi si ex ludibrio ortam dicas, vix intellegas. sic 37, 108 B exhibet *dicit*, Pdh$\beta\gamma$ *tradit.* 37, 111 BP *quamobrem*, dh$\beta\gamma$ *quapropter.* 37, 120 B *praeterea*, Pdh$\beta\gamma$ *ceterum.* 37, 135 B *expetitam*, Pdh$\beta\gamma$ *quaesitam.* 37, 136 B *vocatur*, Pdh$\beta\gamma$ *appellatur.* 37, 139 B *quae . . insignis est*, (P)dh$\beta\gamma$ *insignis.* 37, 140 B *invenitur pollens*, Pdh$\beta\gamma$ *inventae pollent.* 37, 142 B$\beta\gamma$ *cortinas*, Pyh *lebetes*, d *liberes.* 37, 162 B *traditur*, Pdh$\beta\gamma$ *dicitur.*

Sed simili licentia deteriores codd. etiam in aliis libris ab optimis codd. recedunt, quemadmodum 34, 63 VRdhP$\beta\gamma$ *haeserat* exhibent pro *fuerat* (BSUJ), ex glossemate aperte falso. 34, 159 VRTd$\beta\gamma$ *est* pro *fit* (BSJ). 34, 160 VRdh$\beta\gamma$ *quoque* pro *etiam* (BSJ). 36, 7 *atrio* pro *palatio* (B$\beta\gamma$). 36, 37 VRTPd *praeponendum* pro *praeferendum* (B$\beta\gamma$). 36, 138 B *trahent*, TdP *trahunt* pro *praebet* (BJsid.β). et maxime hoc petulanti inpudentique interpolationis genere foedati sunt recentissimi codd. qualis est h et ii codd. ex quibus edd. principes fluxerunt, quemadmodum hβ 33, 2 *quae* exhibent pro *quaecumque* (BVRΘd). 33, 3 *prodigiosa* pro *prodiga* (BVRdP). 33, 5 *et crystallina ex eadem terra* pro *ex ead. t. et cr.* (BVRTd). ibid. *totum perire* pro *perire tot.* 33, 8 *dederit* et *voluerit* pro *dedit* et *voluit* (BVRΘd). 33, 13 *ac latentibus* pro *latentibusque* (BVRΘTd). 33, 57 *inaurata sunt in Capitolio* pro *in C. i. s.* ibid. *sua aetas varia* pro *v. s. aet.* 33, 69 *hi venarum (venatum h) canales per marmor vagantur et latera puteorum* pro *vagantur*

hi ven. canales per lat. put. 33, 146 *appellaverant* pro *vocaverant* 33, 3 addunt *quidem* post *eruitur*, 33, 15 *autem* post *Gallos*, 33, 21 *anulos* post *omnino*, 33, 59 *durante materia*, 33, 60 *est* post *argumentum*, quae omnia additamenta a reliquis codd. redarguuntur. sed haec, puto, sufficient ad indolem horum recentiorum codd. demonstrandam.

Quae cum ita sint, etsi B libro XXXVII multis interpolationibus foedatus est, tamen rectissime tamquam obrussam Janus (vid. praef. vol. V p. 111) eum adhibendum esse putavit. nam vel sic B multis propriis dotibus insignis est, ut et lacunas reliquorum codd. editionumque expleat — 37, 34 *vocari linca.* 37, 68 *quae communia ferae sunt.* 37, 82 *relicta redimere se credantur.* 37, 117 *ab utraque parte* (cf. 13, 25 *ex utraque parte*). ibid. *quicquam.* 37, 131 *in modum stellae* (vid. Isid. Origg. XVI, 10, 3 *veluti stellam intus ambulantem*). 37, 170 *hunc . . appellant* (vid. Isid. XVI, 12, 2). 37, 176 *Onocardia de ea.* 37, 203 *quamquam . .* (205 fin.) *fave* — et interpolationes eorum refellat, quemadmodum 37, 60 *pretii* praebet pro *secreti* (Pdh$\beta\gamma$). 37, 75 *stelenam plame* i. e. *stelen amplame*, quod iam dudum Zoega coniecerat, dum CP *stentenam planam e*, dh *pilam*, $\beta\gamma$ *stantem pilam e* corruperunt. 37, 85 *emulatio velut cum*, ubi Pdh$\beta\gamma$ lacunam male verbo *regum* expleverunt. 37, 164 *selenomantiae*, cuius verbi non intellecti vice Ph interpolaverunt *solo memoriaeque esse*, C *et lepocinantae*, β *et lepocinanti*, d *memoriae quoque.*

Sed quoniam per hunc librum codici B suspicio interpolati insidet, saepe incerto pede incedimus, praesertim cum reliqui codd. nullam fidem mereantur. et nullo in libro S et J magis discrepant et ipse J sibi non stetit, sed multos locos reliquit ubi B restituendus est. nam qui ex B 37, 115 *quae (ob id vocatur)* addidit, quod CP$\beta\gamma$S omittunt; 37, 116 *ergo* et *autem* contra P$\beta\gamma$S omisit; 37, 117 *quae ceteris omnia* scripsit, ubi Sv (= CP$\beta\gamma$) *omnia quae in ceteris* posuerat, idem 37, 71 *magnitudo amplior* (Sv = CPdh$\beta\gamma$) scripsit pro *amplitudo maior* (B. cf. 15, 60 *amplitudine maiore.* 19, 155 *mirae amplitudinis.* 32, 63 *tantae amplitudinis*, ubi VR *magnit.* exhibent). — 37, 118 *coarguere* (Pdh$\beta\gamma$S) pro *arguere* (cf. 26, 17. 33, 39 ubi similiter Θh$\beta\gamma$ *coarg.* interpolaverunt). 37, 163 *(concipere) autem* quod B omittit, cuius ex auctoritate SJ etiam 37, 173 *autem* post *saporem* contra Pdh$\beta\gamma$ omiserunt. et ipse J saepe haesit, ut in script. discrepantia demum ad p. 149, 7 (37, 37) adderet „*eici* hPdS, *depelli* B quod fortasse erat recipiendum“ et similia ad p. 163, 37 (37, 116) *et* et ad p. 164, 12 (37, 118) *ea quae.*

3. B^2.

Sed ab his antiquis interpolationibus prorsus segregandae sunt lectiones quas ipse scriba supra textus verba posuit. nam haec addi-

tamenta ab eadem manu quae totum codicem exaraverit, scripta esse, ex Jani et Silligii silentio colligo.

Magnopere vero S erravit in pretio quod B^2 tribuit. dicit enim p. XLVIII harum siglarum (B^1 et B^2) priore plerumque deteriorem lectionem, posteriore veriorem significari, quibus verbis tamen partim contradicunt quae ipse p. XLIX posuit, manus secundae duo genera distinguenda esse, alterum emendationum manus primae calamo lapsae, alterum malarum lectionum ex margine codicis archetypi in B transgressarum. sed num prius genus ex archetypo denuo inspecto fluxisse sibi videretur, non dixit, quamquam hoc eum opinatum esse ex auctoritate quam his lectionibus saepe concessit, collecta p. LVII, facile concludi potest.

Sed luculenter demonstrari potest, haec additamenta partim coniecturas esse, aliquando bonas (ut 36, 65 ***prodigiosa***, quod ceteri codd. et edd. omittunt, recte emendatum est ex ***progiosa***), plerumque falsas, partim ex codice magnopere interpolato fluxisse, quae duo genera ad idem fere ita recurrunt, ut plerumque distingui nequeant sed alteram manum non ex archetypo sui codicis hausisse, inde adparet quod orthographiam veram in peiorem convertit. sic 32, 39. 70. 75 ***evulsae*** scripsit pro ***evolsae***. 32, 59 ***praegnantia*** pro ***praegnatia***. 32, 64 ***clausa*** pro ***clusa*** (vid. Sill. ad 32, 64 add. 14, 84). 32, 76. 81 ***iecur*** pro ***iocur***. 32, 115 ***balneo*** pro ***balineo*** (vid. Philol. XIV, p. 217 sqq.) 35, 137 ***boum*** pro ***bovom*** (vid. Philol. XIV, p. 218). ***tra*** verbis ab ***l*** et ***m*** incipientibus praefixum in ***trans*** mutavit (vid. p. 10 et 91).

Praeterea foedissime saepe purum codicem interpolavit. sic 32, 28 ***sternutamenta*** (quod Plin. nusquam dicit vid. Sill. ad 32, 28 coll. Daremberg. ad Cels. p. 33, 2) scripsit pro ***sternumenta***. ibid. et 32, 124 ***sufflatu*** pro ***suffitu***. 32, 30 ***datis binis*** pro ***dari binas***. 32, 36 bis ***vespere*** pro ***vespera***. 32, 37 ***gubernatione*** pro ***cum vernatione***. 32, 41. 44. 81. 136 ***aeneo*** pro ***aereo***. 32, 61 ***natā*** (i. e. ***naturā***) pro ***notam*** (B^1 ***natam***). 32, 64 ***medicina*** pro ***medica***. ibid. ***ulceri repugnant*** pro ***ulcera repurgant***. 32, 67 ***violae*** pro ***vivae*** (B^1 ***viulae***). 32, 70 ***ratione*** pro ***ratio***. 32, 81 ***dentes*** pro ***dentium***. 32, 142 ***infra*** pro ***infusa*** (B^1 ***infuta***). ibid. ***nequit*** pro ***non quit*** (vid. Sill. ad h. l.). 32, 143 ***nimirum*** pro ***hominum*** (B^1 ***homirum***). atque multa horum additamentorum ex coniectura scripta esse, manifestum fit eo quod scribendi errore codicis nituntur et ipsa tantum vox mutata est, neglecto totius enuntiati sensu.

Sed hinc adparet his alterius manus lectionibus omnem fidem denegandam potiusque ex corrupta priore manu verum eliciendum esse. Idem J sensisse videtur, cum (Nuntt. litt. Monac. 1851 I, p. Nov. 502 et 1853 April. p. 424) 32, 82 additamentum B^2 ***sciretne*** reiceret. et

in editione sua nullam fidem B^2 tribuit (cf. 32, 45 *per spiram*), quamquam et ipse aliquando B^1 restituendum reliquit, ut 32, 76 ubi SJ (*in novo*) *vase* scripserunt, dum ablativus *vaso* quem $B^{\alpha 1}$ exhibet, aliis locis satis defenditur. vid. 24, 79. 27, 47. VR 34, 106). Cato ap. Gell. 13, 23 et id. r. r. 66, 1 ap. H. Keil. observatt. critt. in Cat. et Varr. p. 44. Plaut. Truc. I, 1, 33. Fab. Pict. ap. Non. p. 544, 26 coll. Ruddim. I, p. 111 ed. Stallb. et Lachm. ad Lucret. 6, 233.

4. VRd.

Multa emendatoris vestigia etiam in his codd. deprehenduntur, sive reliquiae illius magnae interpolationis sunt cui tota haec familia originem debet, sive in descripto demum archetypo factae sunt. Huc pertinent inprimis eae lectiones in quibus codd. alioqui artissime cohaerentes ut VR, Td in diversas partes abeunt (vid. p. 72 sq.), quales sunt 32, 14 *feminini tantum* BRT, *tant. fem.* Vd$\beta\gamma$. 32, 28 *ex (aqua)* BRT, *in* Vd$\beta\gamma$. 32, 54 *morsu* BR, *morsibus* VdP. 32, 104 *marinus* BRT, om. Vd$\beta\gamma$. 32, 116 *inligat.* (B)RT, *adallig.* Vd$\beta\gamma$. 34, 128 *accepto* BR, om. VTdh. 36, 58. *tradunt* BRT, *dicunt* Vdh$\beta\gamma$.

Sed etiam nova additamenta in singulis codd. facta sunt, quae tamen per hos libros in Vad tam raro occurrunt — plerumque ex coniectura orta — ut non opus sit accuratius de iis exponere.

Latius vero altera manus in R ll. XXVI—XXXI grassata est et hae novae lectiones ex codice fluxerunt qui a prorsus similis fuit, id quod recte iam Detlefsen. (Jahn. ann. 77, 657) intellexit. sic altera manus, cum a consentiens, 26, 2 pro *faucesque*, ut recte in RVd est, ad marginem scripsit *paucisque*. 26, 10 *namque* pro *famaque* (VRd). 26, 12 *eorum* pro *forum* (VRΘTd). 26, 22 altera manus in R idem supra scripsit quod in a est *parvo longis* pro eo quod in R^1VΘd legitur *longis parvo* et 26, 24 *diximus* quod recte in RΘVTd exstat, punctis additis delevit. aliis locis lacunae expletae sunt quas, quoniam etiam in V sunt, iam in archetypo VR admissas esse elucet (vid. 26, 7 *et.* 26, 8 *est.* 26, 26 *flore*). ne tamen R^2 ex ipso a descriptam dicam, impedior quod etiam 26, §§. 64—84 quas a non continet, R ab altera manu emendatus est (vid. 64 *e vinis* R^2, *vino* R^1Vd. 6b *carosetin* R^2, *caro et in* R^1Vd. 67 *sesima* R^2, *resina* R^1, *resima* V, *sesama* d$\beta\gamma$. 69 *inferna* R^2, *interna* R^1Vd. 71 *maxime* R^2, *maximis* R^1VΘd), alioqui R^2 et a nisi levissimis scribendi erroribus aut facillimis mutationibus quales emendatori ipsi tribui possunt, non distant. Atque ex eodem codici ex quo R^2 fluxit, R 26, 33—58 descriptus est, quae §§. in R^1 omissae erant.

Adparet igitur, illud stemma quod p. 96 tale proposui quale tum cognosci poterat, ita mutandum esse, ut ne a quidem statim ex arche-

typo interpolatae familiae fluxisse statuamus, sed a et R^2 per idem apographum inde derivatos esse. nam ne a et R^2 ex ipso archetypo descriptos dicamus, iis locis — quorum paucos supra posui — efficitur ubi R^1Vd dissentientes a R^2a demonstrant, in archetypo verum fuisse. Hinc tamen etiam illud sequitur, de auctoritate quam p. 97 a tribui, nihil mutari.

Caput IV.

De excerptis quibusdam antiquis.

§. 26.

De Pseudo-Appuleio (*II*) [1]).

Ex magno scriptorum numero qui Plinianum opus in usum suum converterunt, paucos quorum codd. accuratius descripti sunt, eligere iuvat, in quibus quid inde ad Plini textum restituendum repeti possit, demonstretur. Insignem in iis locum sibi vindicant excerpta Pliniana quae Apulei Platonici nomine subscripta primus S in initio vol. V ed. suae publici iuris fecit. Nam Salmasius in exercitt. Plinianis passim tantum illis usus erat. Continentur ea codice Parisino, saeculi ferme septimi et tota si duas vel tres proprias animadversiones [2]) et dimidiam fere paginam 273 exceperis, ex Plinii ll. XIX. XX desumpta sunt, accuratissime ab homine prorsus indocto scripta. nam fidem eius luculenter testantur loci quales hi sunt 19, 7 *aliutve resatum* i. e. *aliut vere satum.* 19, 78 *colligendis piritula xandique* i. e. *colligendi spiritu lax.* 19, 113 *auctores talium* i. e. *auctor est alium.* ibid. *inprunatos tam* i. e. *in pruna tostam.*

Sed auctorem horum excerptorum non Appuleium illum philoso-

---

1) Hoc signum potius elegi quam quo Janus usus est P, ne cum Monacensi confunderetur.

2) Sillig. p. XVI unam observationem (grammaticam) adiectam esse dicit p. 280, 9 *supra intubos (Plinius) dixerat, modo neutro hoc intubum.* Alteram S non intellexisse videtur. Scilicet p. 281, 11 = Plin. 19, 155 ad vv. *nasturtium nomen accepit a narium tormento et inde vigoris significatio proverbio usurpavit id vocabulum* in *II* additum est *ut putas sicacrio est nasturcio* i. e. *utputa sic: acrior est* (aliquis) *nasturtio.* De tertio loco dubitari potest. nam quod p. 218, 18 = Plin. 19, 159 additur *nunc autem coepit dici HΔΥΟΣΜΟΝ* reiecerunt J et Zumpt. (vid. Sill. ad h. l.), retinuit S. — Praecepta diaetetica quae p. 273 exstant et quorum fontem S non novit, partem esse eorum quae leguntur ap. Theodorum Priscianum quem Schottus in Experimentar. medicinae Argentorati 1544 fol. sub Octavi Horatiani nomine edidit, l. IV, p. 93, dicit Meyer. Geschichte der Bot. II, p. 328.

phum Madaurensem esse, ex tota eorum natura elucet (vid. Sill. p. XVII sq. Jahn. Berichte der Leipz. Ges. d. W. 1850 p. 285. Meyer. Gesch. der Bot. II, p. 327 sq.), neque quando et a quo conscripta sint, accuratius definiri potest. Illud tamen certum est, conpilatorem illum usum esse codice Pliniano nostris codd. ad easdem partes conlatis (VΘTacd) longe pleniore et integriore. Sic in *Π* inveniuntur quae in reliquis codd. desunt, 19, 36 *iton et quod in Graecia* (om. acdβ). 19, 61 *cartilagine . . . et* (om. acd$\beta\gamma$). 19, 66 *intorquentur* (om. Θacd$\beta\gamma$). 19, 123 *mente* (unde J *mentae*. om. acd$\beta\gamma$). 20, 25 *et . . tauri* (om. ad$\beta\gamma$). 20, 264 *aspide excepta* (om. Vad$\beta\gamma$).

Praeter expletas has lacunas *Π* multas lectiones continet quae reliquos codd. interpolationis arguunt. sic ille 19, 12 *se nuperrime expertum* exhibet, cum ex reliquis codd. a praebeat *per se exemplum nuper Romae*, c *se exemplum nuper Romae*, Td *exemplum nuper Romae* [1]). 19, 31 *Π* recte legit *apparet*, acd *appellaret*. 19, 144 *triumpho*, acd *trium foliorum*. 20, 40 *ulcera*, ΘTad *vulnera*. 20, 46 *ictu* (unde SJ *ictum* scripserunt), ad *potum*, Θ *potus*. 20, 53 *extenuat*, ad$\beta\gamma$ *extenuat rel.* 20, 241 *silvestria dicta*, Va *silvas tacta*, T *s. tecta*, d *s. tectam*. 20, 248 *calculos*, Vad *calchos*. 20, 264 *illud*, Vad *illum*.

Ex hac enumeratione primum illud patet, *Π* ex alio archetypo descriptum esse quam reliquos codd. Tum quae de interpolatae familiae indole prioribus capitibus exposui, novo argumento confirmantur.

Tamen etiam codicem *Π* et archetypum interpolatae familiae ad unum quamquam altius remotum archetypum adscendere, nonnulli errores docent qui iis communes sunt. Nam 19, 3 *Π*acd *Babillus* legunt pro *Balbillus*. 19, 128 *Π*ΘTd *Cameli*, ac *Camelii* pro *C. Aemili*. 19, 177 *Π*acd *culices* pro *pulices*. 20, 250 ΘVad *totum*, *Π totae* pro *potum*. 19, 128 *Π*acd om. *Augustus* et 19, 117 *quinquagesimo*.

Quod usum horum excerptorum attinet, in iis usurpandis S eo eravit quod excerpenti in conformanda oratione plus auctoritatis concessit quam ipsis codd., quo nomine iure reprehensus est a Jano (Nuntt. litt. Monac. 1855. I. Nov. p. 149 et in ed. suae vol. III p. III), qui in editione sua codicum in hac re ius tuitus est. nam — id quod excerpenti vitio verti non potest — verborum ordo et constructio saepe in *Π* ad arbitrium mutantur cf. p. 263, 8. 10. 20 sqq. 264, 3 sqq. 11. 275, 2. 16. 277, 13. Quamobrem JU 19, 5 pro *sublata* et *nexu*, ut S ex *Π* scripserat, recte *tolli* et *necti* restituerunt. Recte etiam J saepe verba quaedam ad nectendas sententias addita et Silligio probata, codicibus obsecutus, omisit ut 19, 15 *et* et *autem*. 19, 39 *crebrius*. 19, 46 *celerrime*. 20, 219 *at (e silc.)*.

---

1) unde J rectius quam S *se expertum nuperrime* scripsit.

Sed similiter 20, 239 *uluntur eo et ad alopecias*, ut J recte *et* ex VT ad omisit, ita etiam *eo*, quod cum S ex *Π*T posuit, cum Vad omittere debebat (vid. Sill. ad 32, 13). neque video cur 19, 33 *(in miraculis) vel maxumum est, aliquid nasci ac vivere sine nulla radice. Tubera haec vocantur* SJ ex *II haec* quod acd tuentur, omiserint. Et 19, 65 *(satureia) seritur mense Februario origano aemula* (ut SJ ex *II* dederunt) scribendum est ex acd *origano aemulo*, ut sit ablativus absolutus. quod eo magis miror Janum non restituisse, cum idem 12, 36 *aemulo cummi* ex MRad restituerit, ubi similiter S ex K *(arbor) aemula cummi* scripsit.

§. 27.

De scholiasta Germanici.

Inter vetera excerpta quae Plini Naturalem historiam secuntur, insignem locum S iis tribuit quae sub nomine Scholiastae Germanici feruntur, de quo nomine vid. Becker. Isidor. de nat. rer. prolegg. p. VIII adn. Sed iusto pluris S ea aestimavit, minus accurate ut „ex fonte omnibus codicibus longe puriore hausta“ ea praedicans (praef. p. XLI), quibus verbis, cum de duobus codd. Parisinis tantum S dicere debuisset, maiorem vim tribuisse videtur Becker. l. c. p. VIII. Sed neque ad historiam textus Pliniani inlustrandam neque ad verba Plinii emendanda multum illa excerpta valent. Nam primum etiamsi Breysig. (Philol. XIII, 663 sqq.) contra Beckerum non effecisset — id quod mihi saltem effecisse videtur — ut mathematicam Scholiastae partem (ap. Buhlium II, p. 108 sqq.) post Isidorum Hispalensem i. e. certe post medium saeculum septimum natam esse putaremus, tamen illa pars quae ex Plinio desumpta ap. Buhl. II, p. 112—118 legitur cuiusque nullum vestigium apud Isidorum exstat, etiam post priorem partem (p. 108—112) adiecta esse potest, quemadmodum illa saltem quae p. 118 exstant *vertices . . sunt omnes XX* postea addita sunt. Nihil igitur de tempore conditorum horum scholiorum statui potest, nisi id quod ex aetate codicis S. Germanensis qui illa servavit, sequitur, ea ante finem saeculi octavi conscripta esse (vid. Breysig. Philol. XIII, 659). — Deinde ut ne ad verba quidem Plinii emendanda scholiis illis multum tribuamus, facit et quod vehementer adhuc corrupta iacent et quod satis licenter Plini verba usurpata sunt. Nam quamquam ille qui Plinium exscripsit, passim religiose eius verba secutus est, ita ut p. 115 l. 26 (= Plin. 18, 278) *ut saepius diximus* et p. 116, 20 (= Plin. 18, 283) *diximus* retineret, etsi Plinius ibi lectores ad locos a Scholiasta certe non exscriptos relegat, tamen idem saepissime, quantum nunc quidem intellegitur, Plini verbis libere utitur, ut p. 112, 22 *postero exoritur fidicula quando* exhibeat pro eo quod codd. tuentur *po-*

stero die fidiculo quo Aegypto. ib. l. 23 *occidit* pro *occidere traditur.* p. 113, 13 *quod vulgo appellatur* pro *hoc est volgo appellatum* et semper pro *Assyriae* ponat *Assyriis.* Lacunae quae iam multae in scholiis exstant (cf. Sill. ad 18, 237. 246. 256. 271 al.) fortasse novis codd. explebuntur, sed illud certe adparet, quam intempestive saepe S sermonis Pliniani tenorem ad scholiastam conformaverit, qui error a Jano recte perspectus (vid. vol. III, p. III) et ita reparatus est ut pauca tantum ei addere possim. Sed 18, 235 ubi SJ scholiastam secuti *matutino* et *vesperi* scripserunt, codicum lectio *matutina* et *vespera* recte se habet, ita ut *hora* suppleatur (cf. Sill. ad 32. 36 ubi exemplis ab illo adlatis addendum est 2, 127 *a tertia dici oriuntur*, quo loco Jv non addere debebat *hora*, ab $a^2d^2\beta\gamma$P tantum ministratum). 18, 291 *diebus non idem valere* recte in a scriptum videtur, neque causam video cur SJ cum Schol. *item* exhibuerint. et 18, 292 ultra necessitatem verborum conlocatio quam codd. dant *operetur etiam noctibus* deserta est prae ea quam Schol. praebet *etiam noctibus operetur.*

§. 28.

Stemma codicum cum primariis de constituendo textu Pliniano observationibus.

Restat ut codicum stemma proponam quod sic fere constituendum putaverim:



Lectores tamen meminerint, primum archetypum dici non manuscriptum ab ipso Plinio confectum, sed commune nostrorum codd. archetypum. tum MΠBMarg.D ob eam tantum causam coniunctos esse quia cohaerentiam eorum accuratius non intellexi. VRTacdD denique iuxta positos esse quia, quomodo ex x^3 derivati sint, facile ex superioribus capitibus cognosci potest.

Et cum iam ad finem pervenerimus, hic quasi summam harum disquisitionum hanc ponam

primum, ex optimis nostris codd. MB — AR (XII. XIII) textum Plinianum ad integrum fere restitui posse.

deinde, ubi illis destituamur, nobis ad interpolatae familiae codices devolutis saepe de recte restituendis et rebus et verbis desperandum esse.

ad sermonis denique conformationem in locis dubiis, discrepantibus interpolati generis codd., plurimum valere accuratam observationem Pliniani usus dicendi consensu optimorum codd. probati. cuius rei cum iam plura in transcursu exempla protulerim, hic unum idque insigne addam. scilicet saepe deteriores codd. in adiectivorum conparatorum ablativo inter terminationes °*ori* et °*ore* fluctuantur. ecce optimi codd. *ubique* terminationem °*ore* vindicant. vid. *acriore* 34, 154. *altiore* 15, 24. *amariore* 12, 120. *breviore* (2, 61 [R²a, °*ori* R¹, °*orem* Td]. 2, 86. 162. 12, 91) 2, 232. *candidiore* 13, 118 (*celeriore* 2, 33). *certiore* 3, 101. *citeriore* 36, 165. *crassiore* (2, 135. 12, 43. 67. 102). 34, 131. 36, 196. *crebriore* 11, 45. 32, 119. 34, 107. *delicatiore* 15, 8. *diligentiore* 33, 118. *dilutiore* 35, 44. *excelsiore* (2, 179. 12, 38) 5, 3. (*exiliore* 15, 43). *faciliore* 36, 160. *feliciore* 33, 6. *fertiliore* (12, 39) 12, 129. *foediore* (26, 3). 35, 164. *frigidiore* 34, 166. (*grandiore* 15, 43). *inferiore* (2, 39. 89). 11, 173. 197. 199 (MR. °*ori* dβγ). 221. 246. *interiore* (2, 94). 3, 46. 13, 102. 106. *iustiore* 3, 1, 34, 89. *largiore* 34, 106. *latiore* (12, 43). 13, 39. 47. 32, 66. 33, 29. *leviore* 33, 25. *liquidiore* 3, 93. *longiore* (2, 81. 112). 3, 101. 11, 254. 13, 55. *maiore* (2, 108. 128. 131. 148. 167. 173). 4, 98. 12, 25. 117. 13, 28. 47. 85. 96. (15, 40). 15, 60. (19, 117). 32, 1. 3. 33, 75. 35, 145. 171. 36, 2. 80 (BVR. °*ori* dhβγŪ). 82, 88. 115. 37, 54. 172. *minore* 2, 197. 246. 12, 25. (12, 39. 44. 56. 58). 12, 117. 13, 120. 15, 27. (26, 15. 34, 107). 35, 175. 37, 121. *miliore* (2, 136). 15, 73. (*molliore* 2, 45). *nigriore* 37, 170. *numerosiore[s]* 35, 1. (*ociore* 2, 39. 81). *patentiore* 11, 201. (*placatiore* 2, 159). *posteriore* 11, 173 (MR. °*ori* dβγ). *praestantiore* 34, 2. *priore* (2, 57. 71. 96). 11, 208. 250. 256. 12, 61. 14, 98. (26, 1. 20). 32, 141. 33, 76. 34, 101. 35, 83. 36, 173. 37, 177 (B. *superiore* dhSJ,). *proniore* 5, 12. *propiore* 2, 215. *recentiore* 36, 176. *rugosiore* 13, 137. *siccior*e 13, 46. *superiore* (2, 102. 11, 23). 33, 107 (BVR. °*ori* dhβγ). 35, 102. *tardiore* 2, 216. *tenuiore* 11, 198. *tepidiore* 11, 43. (*turbidiore* 2, 138). *ulteriore* 35, 171. *vehementiore* 34, 134 (BVR. °*ori* dhβγ). 37, 23. Restat unicum exemplum 36, 161 ubi S, quem J secutus est, nullo codice citato, *maiori (parte)* scripsit. sed Janus ex B excerpsit h. l. *maiorae*, unde *maiore* reponendum esse adparet. Nullum

igitur in optimis codd. exemplum ablativi in °*ori* exeuntis reperitur, ut procul dubio formae in °*ori* fictae in deterioribus codd. passim obviae corrigendae sint. Scribendum igitur est ex. gratia 2, 82 *superiore*. 12, 95 *crassiore*. 12, 101 *odoratiore*. 25, 162 *breviore*.

Index

locorum de quibus in superioribus capitibus disputatum est.

II, 3 (p. 72). 11 (p. 70). 55 (p. 76). 60 (p. 39). 68 (p. 70). 82 (p. 110). 101 (p. 75). 109 (p. 70). 113 (p. 73). 121 (p. 42). 127 (p. 108). 139 (p. 75). 148 (p. 76). 151 (p. 70). 152 (p. 69). 160 (p. 75). 163 (p. 75). 172 (p. 75). 176 (p. 72. 75). 183 (p. 70. 73). 194 (p. 13 not. 1). 214 (p. 65. 71). 216 (p. 65). 218 (p. 71). 219 (p. 73). 223 (p. 72 not.) 225 (p. 65). 228 (p. 74). 231 (p. 65. 74). 238 (p. 74 sq.) 239 (p. 65). 248 (p. 70).

III, 59 (p. 11). 62 (p. 65). 93 (p. 65). 108 (p. 69). 113 (p. 66). 123 (p. 71). 124 (p. 65). 167 (p. 69).

IV, 5 (p. 71). 64 (p. 72 not.). 93 (p. 71). 94 (p. 65. 69). 118 (p. 66).

V, 15 (p. 28 sq.). 20 (p. 67). 21 (p. 73).

VII, 78 (p. 66 not.).

IX, 89 (p. 69).

XI ind. l. XI = p. 2, 24 Mon. (p. 26). 8 (p. 11 not. 1. 2). 9 p. 60). 34 (p. 42). 43 (p. 27). 46 (p. 29). 47 (p. 31). 57 (p. 49). 58 (p. 42). 65 (p. 27). 66 (p. 26). 67 (p. 27). 71 (p. 27). 79 (p. 27). 99 (p. 14). 122 (p. 30). 159 (p. 60). 173 (p. 11). 174 (p. 11). 176 (p. 27). 184 (p. 27). 187 (p. 32). 188 (p. 27). 197 (p. 42). 198 (p. 32). 200 (p. 30). 212 (p. 27). 240 (p. 50). 241 (p. 14). 244 (p. 27). 247 (p. 33). 250 (p. 27). 253 (p. 58). 263 (p. 26). 264 (p. 35). 270 (p. 27).

XII, 7 (p. 56). 16 (p. 45). 22 (p. 45 et 56). 23 (p. 48). 33 (p. 55 et 56). 61 (p. 26 sq.). 68 (p. 65 et ibid. not.). 73 (p. 13 not. 2). 76 (p. 55 not. 1). 78 (p. 55). 86 (p. 13 not. 2). 95 (p. 110). 97 (p. 30). 98 (p. 48). 101 (p. 110). 104 (p. 54). 107 (p. 44 bis). 108 (p. 44). 116 (p. 49). 130 (p. 45). 133 (p. 45).

XIII, 31 (p. 55). 38 (p. 55). 50 (p. 46). 59 (p. 45). 67 (p. 48). 69 (p. 47 et 54). 72 (p. 45). 74 (p. 47 sq.) 87 (p. 45). 100 (p. 26). 104 (p. 28). 106 (p. 66 not.). 107 (p. 27). 113 (p. 13). 114 (p. 27 sq.) 122 (p. 27). 124 (p. 27). 127 (p. 12). 130 (p. 49). 132 (p. 28). 134 (p. 48) 139 (p. 48). 142 (p. 14. 28. 29).

XIV, 4 (p. 57). 5 (p. 27). 7 (p. 27). 8 (p. 46 sq.) 34 (p. 12. 29. 49). 35 (p. 13 et ibid. not. 3). 36 (p. 3. 47 et ibid. not. 1). 37 (p. 13 et 29). 39 (p. 29 bis). 47 (p. 10). 51 (p. 13). 60 (p. 26 bis). 62 (p. 13 sq.). 80 (p. 16 et 26). 81 (p. 30). 83 (p. 26). 95 (p. 37). 97 (p. 37). 99 (p. 28). 104 (p. 29). 107 (p. 29). 115 (p. 57). 130—150 (p. 33—35). 131 (p. 26). 132 (p. 30). 137 (p. 15 bis). 139 (p. 15). 140 (p. 30). 142 (p. 29). 146 (p. 10).
XV, 3 (p. 29). 5 (p. 27. 29). 20 (p. 18). 21 (p. 22 not. 1). 22 (p. 29 sq.). 23 (p. 61 not. 2). 26 (p. 14). 28 p. 27). 29 (p. 14 bis). 30 (p. 14). 33 (p. 16). 38 (p. 27). 57 (p. 75). 60 (p. 29). 61 (p. 15 et 38 not. 1). 67 (p. 18).
XVIII, 235 (p. 108). 291 (p. 108). 292 (p. 108).
XIX, 12 (p. 106 not.). 33 (p. 107). 65 (p. 107).
XX, 48 (p. 70). 209 (p. 97). 223 (p. 97). 239 (p. 107). 243 (p. 98). 255 (p. 98).
XXV, 61 (p. 98). 162 (p. 110). 175 (p. 98).
XXVI, 1 (p. 97 bis).
XXXII, 68 (p. 94). 75 (p. 94). 76 (p. 104) 150 (p. 100 not.).
XXXIII, 26 (p. 99). 39 (p. 99). 44 (p. 100). 78 (p. 99) 84 (p. 99). 94 (p. 100). 110 (p. 93 sq.) 198 (p. 94). 110 (p. 93). 117 (p. 94). 162 (p. 38 not. 1).
XXXIV, 13 (p. 94). 17 (p. 100). 107 (p. 94). 126 (p. 94). 171 (p. 94).
XXXV, 5 (p. 94). 72 (p. 94.).
XXXVI, 72 (p. 100). 122 (p. 70). 161 (p. 109). 169 (p. 100).
XXXVII, 71 (p. 102). 118 (p. 102). 163 (p. 102).

Index

rerum et verborum de quibus disputatum est.

a corde praetendi p. 71 sq.
ablativus loci 55
abl. simplex ad originem vel materiam rei significandam 14. 65
ablativi verbales in *u* 11 sq.
abl. adiectivorum in °*plex* exeuntium 44 not. 1.
abl. substantivorum in °*ens* exeuntium 72
abl. adiectivorum conparatorum 109
abl. post verba cognominandi 69
abscidere et *abscindere* . . 71 sq.
abstractorum pluralis . . . 12
ac litterae *c* praemissum . . 75
adiectivum vice substantivi unde derivatum est, positum . 37
adiectivum pro adverbio positum 15

aequo modo non Plinianum est neque latinum videtur . . 49
alioqui . . . . . 68 not. 1.
aliquis (dat. abl. plur.) . . 68 sq.
Amynclae 37
ante (antea) 67
ἀσύνδετα enuntiata 15
ἀσύνδετα duo verba 28
attractio 29
brevitas in dicendo 49
cappari 13
Ceutrones 50
chiasmus . . . . . 35 sq.
cognominari aliqua re . . . 69
collocatio verborum 71
coniunctivus post *sunt* . . *qui* 18
post *priusquam* 71
vid. *quamlibeat*, *quolibeat* .
cupressus ex IV. declin. . . 17
deum (gen. plur.) . . 69 not. 1.
dilectus, *diligere* . . . 34 not. 6.
ellipsis 31
est omissum 54
et pro *et* . . *quidem* . . . 37 sq.
et post *similiter* vacans . . . 61
et ante *ex* in codd. omissum 15
ex pro *et* in codd. scriptum . 15
fricatus . . . . . 22 not. 1.
genetivus explicativus . . . 14
gen. partitivus 16. 42
ideoque 32
igne (igni) . . . . 61 not. 1.
Illyricum aut *Illyricos* Plinius dicit . . . . . 74 not. 1.
in omissum . . . 35 not. 1.
indicativus . . . . . 28 sq.
inlinere et *inlinire* 98
laurus ex IV. declin. . . . 17
o pro *um* in codd. positum . 75
p et *t* in codd. confusae . . 46
particip. perf. pass. pro substantivo positum 30
piare 75
pinguitudo 32
Plautinae formae apud Plinium 17
praesens historicum 66
praepositio postremo demum loco posita . . . 14 not. 1.
praepositio non repetita . . 55
priusquam cum coniunctivo . 71
pro et *per* in codd. confusa . 67
procul(a) 26
ptisana an *tisana* . . 77 not. 1.
quadrangulus 61
quam superlativo additum . . 29
quamlibeat 15. 18
quod pro *quo* in codd. positum 48
quo i. e. *quamobrem* 48
quolibeat 15. 18
rigare . . . . . 68 not. 2.
saxeus (saxosus) 26
sese 26
stato tempore 32
stadium (gen. plur.) 70
tantum (collocatio) 26
variatio casuum . . . 27 sq. 29
variatio qua cum persona res pro persona posita coniungitur 13
vaso pro *vase* 104
verba transitiva neutrali vi posita 69
vetere . . . . . 34 not. 7.
vocitare 66

Corrigenda.

p. 1 l. 24 legas: progredi.
ib. l. 30 „ Silligi.
8 l. 11 „ *concoctione.*
ib. l. 27 „ *compactiles.*
13 l. 30 „ *Amilenano* d.
15 l. 12 „ *ubi deditis* d.
ib. „ *bali* —
17 l. 11 „ in *ventruosa.*
18 l. 4 „ adiectivum *concalidus.*
20 l. 11 post 170, 20 adde *abrotono* 210, 10 *pthoricum* 212, 5. *ac* 218, 19.
ib. l. 24 legas: *iniversis.*
21 l. 1 adde *umguent.* 120, 2. *dem/sis* M[1] 125, 25.
26 l. 34 legas: scripsit.
35 not. l. 1 legas: utrumque.
36 l. 6 „ *ima.*
ib. l. 26 „ vitia.
46 l. 10 „ *Cyrenaica.*
ib. l. 30 „ *dedicanda.*
48 l. 18 „ *ignavia.*
ib. l. 31 „ *apium.*
ib. l. 35 „ *apud.*
55 l. 24 Similiter . . l. 27 dixi. delenda sunt.
59 l. 3 legas: generi adnumero.
60 l. 7 „ J consentio qui.
62 l. 14 lectio adlata in a reperitur, non in d.
ib. l. 24 legas: 150.